




Non licet regi: ignoramus malis Regum habendas. & qui graviter
atque perit p. talia p. q. statim et cunctis eis op. aliorum


400/- 10.

H. Bordier

No 100.



AA 016








DE REGIS OFFI-
cio opusculū: quid opti-
mum quemq; regem dé-
ceat / ex sacrīs literīs &
probatorū authorū sen-
tentijs historijsq; depro-
mens.



PARISIIS
Ex officina Henrici
Stephani. 1519



G E N E R O S I S S I M O A C S E R E N I S
 simo príncipi L V D O V I C O / Pannoniæ
 & Bohemiæ Regi: Iodocus Clichoueus / sa
 crè theologie professor humillimus. S.D.



N Deuteronomio præcepisse de⁹
 legitur populo Israelitico / Rex il-
 lustriſſime: ne quis piā in ſuo con-
 ſpectu appareret vacuus. ſed mu-
 nus aliquod i gratitudinis ac ſub-
 iectionis teſtificationem: pro ſua
 facultate illi (cum in tabernaculo
 coram aſlaret) ſponte offerret. Vnde & illud apud
 homines obſeruatū non irrationabiliter credi po-
 tefit: q regiam maiestatem nullus accedat eam falu-
 tatus / niſi Persarū more munus aliquod manu
 preferat / quod illi in obſeruatię ac venerationis de-
 claratiōne exhibeat. Tuam igitur aditurus eximia
 celſitudinē / offero illipræſens munusculum: eidem
 (vt reor) nō incōmodaturū. libellum inquā / de re-
 gis officio ac iſtitutiōne diſferentem: & quid regē
 agere / quidve declinare oporteat / ex ſacrarum līc-
 rarum promptuario illuſtriumq virorum ſenten-
 tijs & exemplis / edocētem. Imitatus ea in re Aeneā
 Syluium virum percelebrem: qui de educatione lī-
 berorum præclarum edidit olim opusculū / ad am-
 pliſſimū regem Ladillaum / vnū ex maiori⁹ tuis: Aeneas
 vtroq quod nunc feliciter moderaris / etiam (dum
 vita manebat) regno potitum. imitatus item & ple-
 roq alios egregios authores: qui de regimine iſti-
 tutiōneq principum / luculenter & ſplendide ſcri-
 pſerunt. Neq id temeritati quis q ascribat aut plus
 a. ij.

Deute. 16.

Epistola.

æ quo audenti confidentiaꝝ ad regiam sublimitatem tuā salutandā ipſe ignotus & externus me ingeram: sed rationem ad id animū meum impellentem primum int̄lligat. Superioribus quidem annis hic apud Parīsios aliquantis per diuerſatus es: Reuerendus in Christo pater & dominus Ioanites Gozthon de zcleſte ſuperiore in Pannonia: ecclesiæ Iauriēſis episcopus; cuiusdēc̄ loci comes perpetuus/ tuæ regiæ maiestati apprime notus & familiaris. vt more Pythagoræ & Platonis/ aliorūq; insignium philofophorum: bonas literas longa & difficulti pe regrinatione in alieno etiam solo & orbe proſequetur. Is ſepenumcro michi (quæ ſua erat humanitas) in quotidianam cōſuetudinem/ familiaritatēq; ſecum habendam aſcito: multa memorare solebat de ingenua regi jui animi indole/ benignoꝝ & facili tuo ingenio/ deniq; de egregijs tuis morib; quibus adhuc tunc tenella etas tua grat prædita. & quorū contemplatione: omnium erecti erant ani mi ꝑ ſpem bonam & expectationē ſingularis tuæ probitatis/ tum admirationi cunctis futuræ: cum adoleuerint in frugem maturam ea virtutum ſemina/ quorum ſpecimen prefert preſtantissima tua generofitas. Quibꝫ plane verbis excitauit Antifles ille grauifimus animum meum: vt pro mea facultate calcar & ſtimulos adijcerem tantæ rei conficiēde. & cū daretur ocīū/ aliquid literariū molirer ad inclytæ tue nobilitatis directionē: quo admonetur & ſui officiū/ & imitāde majorū ſuorū virtutis. Quorum & strenue gesta in efferos Turchas bella cum nobili triumpho/ & præcipua in deum pietas/ necnō incredibilis i subditos moderatio & gratia:

Epistola.

3

nullo facebuntur æuo/ sed perpetuis extollētur præ
coniis. Enim uero (vt ceteros omittam) quæ secula
silebūt vnq̄ Ioānem Huniadem/ apud Pannonios
(haud multa fluxere tempora) clarissimum príncipem?
Qui vñus summo terrori/ toti Turcharū gen-
ti fuit: vñq̄ adeo sœuis & crebris eos cladibus attri-
uerat. Quis item filiū eius Matthiam e carcere ad
regnum (vt & sanctus patriarcha Ioseph) repete subz-
uectum: præteribit illaudatum? Qui paternæ for-
titudinis æmulus/ & ipse hostes fidei collatis signis
sæpius profligauit: trophea ex ipsis & opima retus-
lit spolia/ quæ templis adhuc affixa visuntur. Idem
quoq̄ Machabeos duces pro patriis legibus propu-
gnatores acerrimos/ propemodum virtute & gloria
æquauit: nomenq; sibi peperit immortale / nulla
vnq̄ obliuione abolendum/ quod & tota posteritas
perenni laude celebrabit. Hęc autem duo fulmina
belli in Christiani nominis infensissimos hostes/
Huniadem & Matthiam/ te cum robustior aduenie-
rit ætas e propinquo imitaturum: promittunt & re-
gia tua indoles & mascula virtus. Idem etiam polli-
cetur & insiti generoso tuo pectori natura igniculi.
qui vbi assiduo honestarum actionum usu in flam-
mam libere eruperint: & Christi nomen late pro-
pagabunt/ & eius cultum procul extendent. Hanc
de te spem haud dubie tota concepit Pannonia/
hac itidē expectatione & tota alitur tua Bohemia:
vt Christianæ demum sis religionis propugnacu-
lum/ turris fortissima/ tutuq; præsidium cōtra effe-
ratissimos illius hostes. vt tuis auspiciis sub Christi
iugū mittan̄/ & proni numē ei⁹ adorēt: qui nūc ab
eo sūt alieni & prorsus abhorret. Nec finet iclyta il-
la tui nois claritudo Pánones suosq; subditos oēs

Ioannes
Huniades,
Matthias.
Gene. 41.

a.iiij.

Epistola.

ea spe fraudari: quin immo cūctorum (spero) expectationē nō equabit modo sed & superabit. Quod enim p̄eclarius Christiani regis officiū queat assignari: q̄ Christo regi sūmo militare & pro illo vexilla ī atrocissimos crucis eius inimicos explicare. Quod (oro) p̄estantius obire mun⁹ poterit rex inclitus: q̄ ifesta turchis arma pro fide Christiana sumere/conferre signa/manusq; cum hoste animose conferre: ad illius defensionem & propagationē. Ad hoc sane & nosier tendit sermo & stimulus suggerit: vt eam deniq; expeditionem auspicato suscipias & susceptā cœlesti adiutorio felicius expleas/ interrito semper & inconcuso animo. quandoquidem nil formidandum est Christo duce & auspice Christo. Interea opusculum istud/ quod iampridē parturijt animus/tandem in lucem editū & augustinissimē tuī nominis. ap̄litudini nuncupatum: hilari vultu suscipiat nobilissima tua maiestas: neq; xeniolum ipsum aspernetur: et si mole exiguum/ & precio tenue. Eius enim (spero) lectio/nec iniucunda erit serenissimē tuę dignitati: nec inutilis. q̄ in eo (quantum reor) nichil offendetur: quod ad rectā morum institutionem/officiorumq; ad optimum quemq; regem attinentium p̄ceptionem/non sit profuturum. Valeat q̄ felicissime tua regalis excellētia : & de temporali regno post vitam longam ac in columem/subuchatur ad perpetuum. Ex Parisijs/ anno post incarnationem dominicam decismonono supra millesimum & quingentesimum.

CAd lectores/ in p̄sens opusculum
apologetica præfatio.



T in apophthegmatis author est Plutarchus: Ptolomeū regem Aegypti admonere Demetrius Phale reus vir insignis solcbat: ut de regno iperioq; libros sibi cōpararet ac perlegeret. Quę enim amici nō audent monere reges/ inquit: hæc in librīs scripta sunt/ & inter legendū occurrūt. Quę sane admonitio: & recta fuit/ & salutaris. Nā librī ipsi neq; eru bescūt verū profari: neq; principū formidat indignationē aut irā: quis ea plerūq; cōtineat/ que improbos eorū mores insectātur & dānant. Amici vero partim pudore / partī timore offēdēdi quos mo nerēt : deterrētur s̄epius ab officio admonēdi principes/vbi tñ perspiciūt huiusmodi munus pro qualitate rei & tēporis esse necessariū. Decet itaq; reges libēter amplecti ea librōrū genera: in quibus recta cōtinetur iſtitutio & doctrina/mores eorū dirigēs/ & quidnā ad ipsorū attineat officium plane dilucidās. Nichil enī ipsis/ illorū lectione librōrū vtilius aut fructuosius offerri potest:qua recte admonētur quę sua sint munia. quid itē agere expediat quidve omittere: probe edocentur/ & disciplinā capessunt moderādo regno magnopere accōmodā. Neq; id atiocare eos debet aut absterrere ab hoc iſtituto: q; sua fortasse vicia confūciant in librīs illis culpari. Nēpe idipsū generatim dūtaxat agitur & cōmuni sermone/ in vniuersū cūctos suo ābitu cōpleteſtente. neq; ad quēpiā eorū ſpeciatim & peculiariter accōmodari intelligūtur & applicari ea:quę ad vicioſū dicūtur reprehēſionē. perinde atq; publica in tēplo

Plutarch⁹.
Ptolome⁹.
Demetri⁹.

Præfatio

concio euāgelisantis verbū dei: & annūciātis popu
lo scelera sua. sacra itē scriptura cōpluribus i locis
hominū infectās peccata: generali dūtaxat ratione
atq; notione eos p̄stringit & iſinuat/ quos huiusmo
di reprehēſorio sermone carpit. neq; id in cuiuspiā
cedit ignominiā aut opprobriū: cū nullus particu
latim nomineſ ad quē fiat sermo. ¶ Ceterū qm̄ ni
chil tā recte/tā syncere/tā integrē fieri potest: quin
detorqueri queat in obliquū & prauū/ si finistrum
habeat cēſorē. & nichil tā candidū: quin iniquo iu
dicio verti possit in nigrū. nō deerū fortassis aliq;
qui ſuspicabūtur hāc ḥditionē noſtrā in fugillatio
nem atq; reprehēſionem huius aut illius principis
nūc vitales ſpirātis auras eſſe excogitatā. cuius mo
res velimus clanculū & ſub velamēto alieni nomi
nis notare: theoninoq; dente obrodere/ aut aliorū
obtrectationibus lacerandū obijcere. quod certe ab
animi noſtri iſtituto omnino eſt alienū: & ab iſ
genio noſtro longe abhorrens. qui ex ſcriptura iā
pridem didicimus: maledicis regnū dei nō patere/
Leuiti. 19. neq; debere quempiam: ſuſurronē aut bilinguem
Eccā. 18. eſſe in populo (vterq; enī a deo maledictus: q; mul
tos turbauerit pacem habentes) & id tanto grauius
eſſe malum: quanto maiori eſt regia maiestas/ quæ
tali occultæ mordacitatis ſtudio ledere. Quocirca
ut obſtruatur os loquentium iniqua/ & omnis aufe
ratur ansa finistrum quicq; de me ſuſpicandi ijs/ qui
phalangiorum more quęcūq; contingunt illico in
venenum conuertunt: virulentaq; ſua tabe inficiūt
& vipereis vellicant dentibus/ ſi modo tales aliqui
ſuperſint. ecce coram deo loquor & non mentior:
protestans me in hoc libello nichil conſtituere pro
loqui ad huius aut illius principis nunc ſuperſtitis

1.corin.6.
Leuiti.19.
Eccā.18.

Prefatio

5

carpendam vitam. nulliusq; viventium mores/ sub alterius iam defuncti pretextu & exemplo: me velle notare aut insectari. Quod si quispiam hac publica protestatione nequaq; contentus: coniectet adhuc aut suspicetur me tale quippiam clandestine molis- ri/ & mortuorum regum nomina putet cuiusq; nūc vitam agentium principum esse notam atq; signifi- cationem: is certe alienos mores suo metitur inge- nio/& qualis ipse est: tales alios omnes esse arbitra- tur. huiusmodiq; suum commentum nouerit per hanc contestationem ex sola ipsius nequitia & per- uersitate pullulare: non autem ex nostra voluntate atq; proposito/neq; occasione a nobis accepta. Enī uero non me latet preceptū domini in Exodo scri- ptum. Dijs nō detrahes: & principi populi tui non maledices. neq; illud item beati Petri documentū. Regem honorificate. quo didici reges omnes Chri- stiano insignitos charactere: quamcunq; moderen- tur regionem/debito prosequi honore. illosq; vt di- uine dominationis in terra vicarios: officiose sem- per venerari. ¶ At percōtabitur me quispiam. Cur igitur ipsius Vitellij Neronis/ Roboam/ Sardana- pali/ & regum aliorum inducis hic mētionem? qui non nisi cum perpetua infamię nota possūt nomi- nari/quā dum prēsentē agerēt vitam / peruerſitate morū cōtraxerūt/ ipsorūq; nuncupatio: īgluuie/ crudelitatis/imprudētię aut libidinis effrenatę/ an- nexam habet ex loquendi consuetudine rationem. ¶ Responſionem ita sc̄ifitanti adhibeo: me id ne- quaq; facere (deus nouit) vt aliquem nūc vitam de- gentiū principū illis nominatis similē esse/morum cōditione iſlinuē: quēadmodū prius quoq; sum cō- testatus, sed vt admoneā oēs & singulos/ne persimi

Exodi.22.

1.petri.2.

Prefatio.

Ies ipsis viuēdo fiāt: quorū (nec iniuria quidem) exhorret denominationē. ne etiā merito vituperetur ab omni populo: quēadmodū cōspiciūt illos a tota posteritate grauiter culpari / solaq; vīte īprobitate memoriā sui apud posteros reliquisse. Siquidē tyrānorū peruerse facta/optimorū principū reb⁹ gestis ī historica narratione ānumerātur: vt quātū inter se boni & mali dissideāt/a legētibus cognosci posfit. & malorū īproperio/a vicijs deterreātur: bonorum vero exēplo/ad virtutē acrius īcītentur. Ita & ī hac elucubratiūcula cōsimili ratione idē factitatum esse: sibi psuadeāt oēs. Sic sane ī sacro euāgelio sūmus veritatis virtutūq; magister/ vt discipulos suos & nosiplos etiā ad humilitatē formaret: sa thanā tāq; fulgur de cōlō cecidisse cōmemorat. & vt pseuerātiā ī bono opere malorūq; fuga habēdā esse cōmonefaceret: memores nos esse debere vxoris Loth exhortatur. Quinīmo & tota scriptura sacra historicā cōtexens enarrationē: cū proborū operib⁹ preclare gestis prauorū etiā ſepenumero refert sclera. vt horū moniti periculo et pbro reuocemur: a cōsimiliū malorū ppetratione: & ardētius ad virtutē aspirem⁹. cōſiderātes ex virtute laudē ppetuā: ex pbrofa autē vīta opprobriū ſēpiternū post mortem apud posteritatē ſuperesse. Legāt igitur cādido & sereno animo oēs quod vltro offer̄t opusculum: non nīſi ex sincero corde & oīs amaritudinis atq; maleuolētīe immuni profectum. atq; ita legendo: fructū (quātulūſcunq; īſt) ex eo capiant. Solum namq; vt profit omnibus/ non vt cuiq; incōmodet aut officiat: qđitum est. Cunctis itaq; profectum: nullis autem nocumentum imprecamur.

Lucē. 10.

Lucē. 17.

D E R E G I S O F F I C I O O P V S C V L V M
 per Iodocum Clíctoueum Neoportuensem/
 doctorem theologum/ elaboratum: ad inui-
 ctissimū & nobilissimū príncipē/ L V D O V I-
 C V M Pannoniæ & Bohemiæ regem.

¶ Regiæ potestatis vestigia : i rebus inanimis et bru-
 tis animantibus impressa legi. Cap. I.


 Egnū diffinit Aristoteles in ter-
 tio libro Politicorū : vnius esse
 in republica aut regione potesta-
 tem/ non sūm sed subditorum
 bonū querentis. Et regem illius
 moderatorem ac pr̄esidem/ cum
 eſe ait: qui in republica aut etiā
 tota regione nō propriū inquirit bonum / sed eo-
 rum qui ſibi ſubijciūt. Is autem naturā ſequitur
 ducem/ quinimmo optimū totius naturę parētem:
 qui toti mūdo vt rex pr̄esidet / omnibus ſedulo pro-
 uidet/ cunctis bona (cuiq; pro ſuo captu) diſpensat.
 neq; ex eis propriū querit commodū / vt qui bo-
 norum noſtrorum non egeat: ſed ſolam rerum cō-
 ditarum quas adminiſtrat/ utilitatem. Habet itaq;
 reges auguſtam admodū & excellentē inter homi-
 nes vitę ſortem ac gradū / quo ad dei affiſſimationē
 atq; imitationem propius affumuntur: alij ſcq; do-
 minantur ac pr̄esunt vice dei omniū domini ac re-
 gis. Quocirca enīxius debent ſuæ vocationis atq;
 professionis memores/digne deo viuere: virtutūq;
 illius ideas & exemplaria ī ſe/ viua quadā imagine
 exprimere. vt ſe ad ſuos habeant ſubditos: quead-
 modū deus ad totū uniuersum, atq; in ipſo vt ar-

Aristoteles

De regis.

chetypo quiodam & veritate legant eam vite formā
quam debent amplecti eam cernant viuendi condi-
tionem a cuius linea nō dcbeant aberrare. Hoc igit-
tur nunc reges intelligite : erudimini qui iudicatis
terram . Enitimini expressis virtutū signaculis con-
formes illi euadere : cuius vices agitis i terris . in pul-
chris illi denominationib⁹/ iustitia / māsuetudine /
clementia / veritate / prouidentia / persimiles vos red-
dite : & tunc demū regio nomine dignivel maxime
fueritis . ¶ Neq; in se solū optimus ipse mundi au-
thor & rector regie dignitatis expressit formā : sed
illius etiam notas & vestigia diuersis impressit re-
bus a se cōditis : ex quibus vt libro quodam naturę
digito dei conscripto : legant homines quid regem
deceat . Nōne lampas solis p̄fulgida : inter cetera
sidera tum erratica tum inerratilia vt rex eminēter
emicat / ampliorem claritatis exuberātiā reliquis
fortita : & illis sui iubaris fulgorē impariens / suaq;
vertigine motus iter p̄stans . Cuius beneficio : &
luna precario lumen accipit : eiusq; ductu suos agit
rotatus . Cuius itē cursu / que sublunari continētur
orbe : illustrantur omnia / fountur ac vegetantur /
p̄emortuaq; reuocātur ad vitam . vt iure solē tanq;
propinquā & liquidā diuinę bonitatis (quēadmo-
dum sacer ait Dionysius in libro de diuinis nomi-
nibus) imaginem : cœli terreq; regē / sed inanimū /
sed rationis expertem / sed sola natura agētem sua
munia : quis appellauerit . Nonne & apes ipsē / mis-
nuta quidem & insecta volatilia ; suum habēt regē /
atq; inter se regiam quandam rem publicā tenent⁹
¶ De quibus ita meminit Plini⁹ libro undecimo sue
naturalis historię . Regibus apum / forma semper e-
gregia : & duplo q; ceteris maior / pennæ breuiores

Psal. 2.

Sol.

Dionysius.

Apes.

Plinius.

erura recta/in gressus celsior,in frōte macula: quodam diadematae candicans,multum etiam nitore a vulgo differunt. Deinde paulo post subiungit. Nō constat inter authores: rex nullum ne solus habeat aculeum: maiestate tātū armatus . an dederit eum quidem natura: sed vsum ei tātum negauerit. Illud constat: imperatorem aculeo non vti. Mira plebis circa cum obedientia,cum procedit: vna est.totum examen circa eū cōglobatur:cingit/protēgit:cerni non patitur. Reliquo tempore cū populus in labore est: ipse opera intus circuit/similis exhortanti/ solus immunis. Circa eum satellites quidā lictoresq; assidua cuspidentes autoritate. Procedit foras nō nisi migraturo agmine,id multo intelligitur ante aliquot dieb⁹ murmure itus strepēte:apparatus indicio diem tempestuum eligentium . Siquis alam ei detruncet: nō fugiet examē. Cum processere: sequēt proximā illi cupit esse, & in officio conspici gaudet. Fessum humeris subleuant: validius fatigatum ex toto portant. Siqua lassatus deficit aut forte aberrauit: odore prosequūtur. Vbicunque ille confestit: ibi cunctarum castra sunt. Semper duce p̄hēso: totū tenetur agmē. amissō:dilabitur/migratq; ad alios. Esse vtiq; sine rege non possunt,inuite autē interimunt eos:cum plures fuere. Demum nō nullis interiectis subnecūt. Cū defunctas proferūt: funerantium more comitantur exequias. Rege hac peste consumpto:mōret plebs ignauo dolore. Nō cibos conuehunt/non procedunt: tristi tantū murmure glomerantur circa corpus eius. Tunc quoq; ni subueniatur:fame moriuntur.hēc Plinius. Cōsimilia his edifferit etiam beatus pater Ambrosius in libro quinto Hexameron: ita de apībus & eorū

Apum na-
tura ex pli-
nio.

De regis

rege loquens. Ipse sibi regem ordinant: ipse sibi populos creant. & licet positae sub rege: sunt tamen liberae. Nam & prerogatiuam iudicij tenent/ & fide deuotionis affectum: quia & tanquam a se substitutum diligunt; & tanto honorat examine. Apibus autem rex/naturae clarus formatur insignibus: vt magnitudine corporis prestat & speciem (quod in rege pricipuum est) morum mansuetudine. Nam et si habet aculeum: tamen eo non vitetur ad vindicandum. Sunt enim leges naturae/non scripte literis sed impressae moribus: vt leniores sint ad puniendum/ qui maxima potestate potiuntur. Sed & apes illae quae non obtemperauerint legibus regis: perenitenti se mulctant condemnatione/ vt immoriantur aculei sui vulnere. Quod Persarum populi hodie seruare dicuntur: vt pro commissi precio ipsi in se proprię mortis exequatur sententiam. Itaque nulli/sicut reges Persarum: tam grauissimas in subditos habent leges. Non Indi/non populi Sarmatarum/tantam quantam apes: reuerentiam deuotionis obseruant. vt nullae e domibus exire audeant/ non in aliquos prodire pastus: nisi rex fuerit egressus/ & volatus sibi vendicauerit principatum. Denique regem suum summa protectione defendunt: & perire pro eius pulchrum putant. In columni rege: nesciunt mutare iudicium/ metem inflectere. amissio: fidem seruandi muneris derelinquent/ atque ipsae sua mella diripiunt, quae si qui principatum habuit muneris: interemptus est. Hec Ambrosius. Sed & Virgilius libro georgicorum quarto: de apib⁹ earumque rege fecerat eadē describit his versib⁹.

Virgilius.

Ipsae regem paruosque quirites

Sufficiunt: aulasque & cerea regna refugunt.

Præterea regem non sic Aegyptus/ & ingens

Lydia: nec populi Parthorū aut Medus Hydaspes
Obseruant rege in columni: mēs omnibus vna est.
Amisso: rupere fidem; constructaq; mella
Diripiuerē ipsq; & crates soluere fauorū.
Ille operum custos: illum admirantur / & omnes
Circunstant fremitu denso/stipantq; frequentes.
Et sēpe attollunt humeris / & corpora bello
Obiectant: pulchrāq; petunt per funera mortem.

Demum Mapheus Vegius paulo ante tempora no-
stra vir eruditione prēclarus/in elegāti illa disputa-
tione inter terram solem & aurum super prestantia
& dignitate sua: vbi terrā inducit causam suā agen-
tem/mores naturam & cōditiones apum ex Plinio
& ceteris authoribus collectas: venuste/grauiter &
copiose describit. Mirum certe est/naturam ipsam,
tam minuto animali (apibus inquam) tanta prouid-
entie & solertie argumēta indidisse: volnissq; ho-
mines illarum exemplo documenta accipere/ quid
reges prēstare debeant suis subditis: quæ itē officia
exhibeant subiecti suis regibus. Quare vt ad for-
micam mittit sapiens pigrum hominem: vt ab ea
sumat sedulitatis assiduiq; laboris exemplum / cū
ait. Vade ad formicā o piger: & considera vias eius
& disce sapientiam. quæ cū non habeat ducem nec
prēceptorem nec principem: parat in estate cibum
sibi & cōgregat in messe quod comedat. Hand ali-
ter tacito naturę monitu inuitantur homines ad cō-
templandam apum conditionem: ad cōsiderandā
rationem vite/laboris / & conuictus earum. vt ea at-
tentione discāt a rationis immunibus/ipsi ratione
prēdicti: quonam pacto vita in societate degēda sit/
quo mō reges populū moderētur & gubernēt/ qua
itē ratione populus i regē officiosus sit & moriger.

Mapheus
Vegius.

Prouer. 6.

De regis

- Necq; immerito apes formicis nunc cōiunximus:
ad efformandos hominū mores docendamq; pru-
dentiam nequaq; illis dispares. quādoquidem teste
Aristoteles Aristotele libro nono de natura animaliū. Insectos-
rū officiosissimū atq; studiosissimū / & præ ceteris
fere omnibus animalibus: genus formicarū & apū
est. ¶ Insuper et grues (sicut fere cætera animalia
gregalia/socialemq; vitam agētia) suū habēt ducē.
Hierony. vt scribit sanctus Hieronymus ad Rusticū monas-
chum inquiens. Etiam muta animalia & ferarum
greges: ductores sequūtur suos. In apībus: p̄inceps
vnus. Grues vnam sequuntur: ordine literato. im-
perator vnus: iudex vnus prouincie. Roma vt con-
dita est/ duos fratres simul reges habere nō potuit:
Gene. 25. & parricidio dedicatur. In Rebeccę vtero: Iacob &
Esau bella gesserunt. In naue vnus gubernatori in
domo vnus dominus: in quo quis grandi exercitu v-
nius signum expectatur. Vbi ordine literato dicit
Palamedes Hieronymus grues vnam sequi ducem: quoniā vo-
lantes ordine quodam certo/y litterā effigiant atq;
referunt. quod Palamedem primum deprehendisse
ferunt. Idem comprobat & Plinius: libro decimo
naturalis historiq;. Grues (iquit) ducem quē sequā-
tur eligunt. In extremo agmine per vices qui acclā-
ment dispositos habent: & qui gregem voce conti-
neant. Excubias habent nocturnis temporibus: la-
pillum pede sustinētes / qui lassatis somno decidēs
indiligētiām sono coarguat. Ceterę dormiunt ca-
pite subter alam condito: alternis pedibus insilēn-
Plinius. tes. Dux erecto pr̄uidet collo: ac pr̄edit. Demum
Ambrosius Ambrosius libro quinto Hexameron: de grīibus
idem astruit dicens. Grues iniussi & volūtario vſu
in nocte solicitam exercent custodiam: dispositos

vigiles seruant. & ceteris confortibus generis quiescetibus, aliae circueunt & explorant: nequa ex parte insidię tentetur/ atq; deferunt impigro suo vigore tutelam. Post vbi vigiliarum fuerit tempus impletum: perfuncta munere, in somnū se premisso clangore componit/ ut excitet dormientem cui vicē muneric traditura est. At illa volens suscipit sortē/ nec vnu nostro inuita et pigror somno renunciat: sed impigre suis excutitur e stratis. vicem exequitur: & quam accepit gratiam pari custodia atq; officio reserpetat. Ideo nulla discretio: quia deuotio naturalis. ideo tuta custodia: quia volūtas libera. Hūc etiā voluntatis ordinem seruat/ & hac moderatione omnem laborem alleuant: ut per vices fungantur duxi sui munere. Precedit enim vna & precurrit ceteris: deinde conuertitur/ & sequenti sortem ducēdi agminis cedit. Hęc Ambrosi⁹. Perspicuū est igit̄ ipsam cōditionem regiam plerisq; rebus etiam in animis & ratione destitutis animalib⁹: ad hominū instructionem natura insitam esse.

¶ Quod regia pr̄sidētia inter homines paulo post mundi exordium sit inducta: & a deo multifariā approbata.

Cap. II.

 Omines autem naturam sequentes ducent/ & recte rationis magisterio edocti/ necnon diuinę prouidentię directione inducti: gubernationē regiā (vt i trāquillitate cōmunē a gerēt vitā) sibi ascuerūt haud multo post mūdi ipsius cōstitutionē/ & hominū in terris multiplicationē. Leḡt enī Cain post fraternę Gene. 4. cedis perpetratum scelus edificasse ciuitatem: eāq; vocasse ex nomine filii sui Enoch. In qua vero si-

b.i.

De Regis

mile est vnū esse cōstitutū totius rēpublice prīcipes/
qui summā teneret iperij. quis fortasse regis
nomine nō vocaretur: q̄ necdū illud nomen tū fos-
ret introductū. Post cataclysmū vero deo vindice
sub Noe mūdo inductū/Belus primus rex Assyrio-
rum tēpore Thare patris Abrahē rerū potiebatur:
vt author est Eusebius i suo Chronico. Circa quā
ētatē/insignia regna & q̄ue a rerū scriptoribus cele-
brātur: suū sumpserūt exordiū/vt Assyriorū/Sycis-
oniorū/Aegyptiorū/& Bactrianorū. Vnde cognos-
scitur magna esse regnorū antiquitas: vt q̄ue paulo
post diluuiū suas egerint radices/& deinceps sine in-
termisiōe nūc his nūc illis locis cōtinuata sint/nec
interciderint vnq̄. Cōmemoratur itē tēpore Abra-
hē fuisse Melchisedech rex Salem/& quatuor illi re-
ges: quos prius quicq; regū victores abacta p̄dē/
Abrahā expedito vernaculorū suorū exercitu pro-
fligauit. Porro cōstituendorū primo regū: non-
nulle rationabiles assignātur cause. Quarū prima
fuisse traditū egregia vni singularis hominis vir-
tus/supra ceteros mirifice p̄cellēs: simul & prudē-
tia in rerū administratione spectabilis. Cui⁹ admi-
ratione ducti ceteri illius cōmunitatis ciues: dignū
illū iudicarūt cui gubernādi sūma credere. Et hēc
cōmēdatissima fuit & optima ratio: ob quā deferē-
dum cuiq; esset regnū. Nā is ob eximia virtutis suę
p̄stantiā ciuilisq; facultatis prudētiā insignem/&
spectatissimā vitę integritatē: alios optime secūdū
virtutē dirigere nouit. vtq; legib; pareāt / iustitiā
colāt/ēquitatē seruēt: nō minus suo ipsius exēplo q̄
verbo inducere/rudēq; populum & iuris atq; equi-
gnarū: quo pacto recte vitā agāt/instituere. Hac au-
tem ratione atq; via: primi sere nationum reges ad-

Belus.

Eusebius.

Gene. 14.

regnū credūtur fuisse prouecti. quēadmodū refert Iustinus in principio sui epithomatis cū ait. Princípio rerū: gentiū nationūq; imperium/ penes reges erat. quos ad fastigiū huius maiestatis/nō abitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio puehebat. ¶ Secunda deligēdorū regū causa fuisse coniecta: magnitudo beneficiorū ab aliquo vno toti regioni aut gēti collatorū. Siquidē cū quispiā virtute bellica regionē ab hostibus eripuisset/ aut seruitutī subactā in libertatē vidicasset/ aut illi populo regio nē primū cōquisisset/ aut rectis legibus populū pri⁹ sine lege vivere solitū instituisset: tūnq; populus vt gratiā referret acceptis beneficijs/ illū sibi delegisse regem interdū cōperitur/publicoq; & cōcordi suffragio detulit ad illū regnādi autoritatē. Quēadmodum Scipio Africanus superior/capta noua Carthaginē & Hasdrubale Barchino P̄norū duce i Hispānia deuicto: ab Hispānis/honoris gratia rex appellatus est/authore Plutarcho. Ille tñ id nomen vt Romanę libertati aduersū & vrbi innūsum: pro sua modestia cōstāter (vt paulo post/cū de moderatione animi a rege scruāda fiet sermo/diceb) recusauit. Et ab imminēti Catilinarię cōiurationis periculo liberata Roma: parentē/Roma patrē patrię Ciceronē libera dixit. Sed nōne turba/viso multiplicationis quinq; panū & duorū pīsciū i desertō/admirabili signo: apd se cōstituerat Christū dominū nostrū tanti miraculi authorem/in regem promovere. Ipse vero qui non venerat ministrari sed ministrare/non dominari sed subīscī: declinauit huiusmodi regiū fastigiū/ & diffugit in locū solitariū. ¶ Tertia causa cōstituendi primum principes fuit necessitas adigens totā cōmunitatem ad eam tensi.

Iustinus.

Scipio
Africanus.

Ciceronē

Ioan. 6.

b. ii.

De Regis

tandam viam:qua coegerentur prauorū in bonos
oppressiones/ violentię/ insultus & impetus. Quo-
niam enim propensa fuit semper in malum homi-
num cupiditas/neq; defuerunt vnq; qui ex rapto vi-
uere/aliena tollere/ius omne & fas confundere ag-
gredentur:ad reprimendam illorum audaciam/
tranquillamq; in republica vitam agendum/ opere
preciū fuit vnū toti reipublice prefigere/qui bonos
tutaretur & premijs ad meliora prouocaret:impro-
bos vero sceleratorū conatus & violentā manū au-
thoritate sua & potestate cōpēceret. Et hēc ratio cō-
uincit/haud multo post ptoplasterū prēuaricatio-
nē & electionē de paradiſo: necessariū fuisse regiū
principatū.qm̄ tunc inter homines inualuit impro-
ba habēdi auiditas:& innoxios opprimēdi studiū.
Hāc vero causam innuit beatus Paulus ad Roma-
nos scribēs:his verbis. Prīncipes non sunt timori-
boni operis:sed mali. Vis autē nō timere potestatē:
bonū fac/ & habebis laudē ex illa. Dei enī minister
est tibi;in bonū.Si autē malū feceris:time. non enī
sine causa:gladiū portat. Dei enī minister ē:vindex
in irā ei qui male agit. Et beatus Petrus scribit ex-
hibendā subiectionē ducibus: tanq; a deo missis ad
vindictā malefactorū/ laudē vero bonorū. Cicero
quoq; in secūdo libro officiorū:eandē assignat cau-
sam dicēs. Michi quidē nō apud Medos solū/vt ait
Herodotus:sed apud etiā maiores nostros/ fruēdæ
iustitię causa/videtur olim bene morati reges cō-
stituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab
ijs qui maiores opes habebant:ad vnum aliquem
confugiebant virtute prestante. qui cum prohibe-
ret iniuria tenuiores æquitate constituenda: sum-
mos cū infimis pari iure retinebat, Hāc Cicero.

Roma.13.

i.petri.2.

Cicero.

Demum quarta causa promouendi quempiam pri
mo loco ad regiam potestatē: fuit singularis fortis
tudo bellica/ illi populo in auxilium preſta. Enī
vero id ſepiuſ vſu veniſſe credibile eſt/ communita
tes aliquas incuſione hostili oppreſſas publico ſan
xiſſe edicto: q̄ quisquis regionem aut urbem ab hu
iūſmodi oppreſſione inimica liberaret/ regnū pro
fe & ſuis posteris inibi conſequeretur in mercedem
tantę virtutis. Quo proposito p̄mio: non defue
runt acres armis & manu prompti: qui egregiā na
uarunt operam pro liberanda ab hostili vaſtatione
republica/ & ita tandem adepti ſunt primū in eo lo
co regiū dominatū. Sic ſane/ ſi parua licet cōpone
re magnis: Caleb in libro Iosue proposuiffe legit
hanc conditionem. Qui percuſſerit Cariathſepher Iosue. 15.
& ceperit eam: dabo ei Axam filiam meam vxore.
Cepitq; eā Othoniel filius Cenez/ frater Caleb iu
nior: deditq; ei Axam filiam ſuam uxorem. Sic iti
dem Goliath Philisteo/gigantea proceritate & iſo
lente ad ſingulare certamen prouocatione/exercitū
Iſraeliticum exterrēte: narrata eſt ipſi David a rege
Saul proposita conditio/q; virum illum qui percuſ 1. regū. 17.
ferit hūc Philisteum: ditabit rex diuinitijs magnis/ &
filiam ſuam dabit ei uxorem/ & domum patris eius
faciet abſq; tributo in Iſrael. Sic deniq; in ſecundo
libro regnorū proposuiffe legitur David p̄mū 2. regum. 5
ei qui percuſſiſſet Hiebuseum: q̄ conſtitueretur ſu
premuſ totius militiæ magiſter. Et quoniam Ioab
filius Saruic in uicta virtute & strenuitate ſua occu
pauit arcem Hieruſalem deuictis & effugatis hosti
bus: primatum illum & militiæ principatum dein
ceps i exercitu David obtinuit. ¶ Sed age nūc oſte
damus/ & deum iſpum approbaſte regiā potestatē
b. iii.

De Regis.

tanq; a se inductā atq; sanctitam. quod nullo melius argumento conuincitur: q; q; in Deuteronomio legem & modum prescripscrit constituciendi regis in populo Israel/ quādo ait. Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi: & possederis eam/habitauerisq; in ea & dixeris. cōstituam super me regē: sicut habent omnes per circuitum nationes. eum constitues: quem dominus deus tu? elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere: qui non sit frater tuus. Deinde post exactum tempus Iudicium Israeliticorum/ ipso populo regem pertinacius ex-

1. regū. 9. postulāte: deus ipse primum Saul elegit regem/ deinde David/ quem inuenit virum secundū cor suū. quod nequaq; ab eo factitatum fuisset: si regia potestas inter homines illi displicret aut iniusta foret.

Sed quid multis nitimur argumētis? nōne & Christus ipse rex est a deo patre constitutus super Sion mōtem sanctum eius? immo ut habet apocalypsis/

Apoca. 19 in ipsius femore scriptum est: q; sit rex regū & dominus dominantium/cuius regni non erit finis: vt

Danie. 7. Danieli in visione monstratum est. Et quicūq; alij sunt reges: hui⁹ supremi/sūmiq; monarchē æmuli sunt & vicarij. Quid (oro) & hoc insinuat: q; Christus eo dignatus sit tēpore nasci/ quo totius orbis a

Lucas. 2. cēsare Augusto facta est descriptio: suiq; parentes cēsum persoluerēt/ & profiterēt se terreno principi subiectos esse: nōne approbationē signat regij principat⁹? Quid et illud: q; didragma p se & Petro p-

Matth. 17. soluere cēsari nō abnuerit / & cēsari reddenda que sunt cæsaris: fuerit cōtestatus? Paulus item ad Romanos scribens: omnē animam potestatisibus sublīmioribus subditā esse debere/salubriter admonet.

Matth. 22.

Roma. 13.

& qui potestati resistit: eundem dei ordinationi resistere. Proinde cui tributū & vētigā debetur: illi idipsum esse reddendū / & cui honor: honorem / & cui timor: timorem exhibendum recte edocet. Idē quoq; ad Timotheum scribens petit obsecrationes & oratiōes fieri pro regibus & omnībus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietā & tranquillam vitam sub illis agant homines/ in omni casitate & pectate. Hoc enim bonum est (inquit) & acceptum: coram saluatore nostro deo. Quinimmo Iudei in in captiuitate Babylonica cōstituti scripsisse legūtur (vt refert Baruch/Hieremī prophetę scriba) ad Baruch.1.

Iudeos cōfratres suos adhuc degētes in Hierusalē q̄ orarēt p̄ vita Nabugodonosor regis Babylonis & pro vita Balthasar filij eius. quis vterq; ipsorū: a dei veri cultu esset alienus. Rursum beatus Paulus cū Festū Iudæę prēsidem sentiret ad Iudeorū partes inclinari/ & fauorē ac gratiam illis prēstare velle in suę causę detrimētum: cesarem appellauit. & ad eum tandem delatus: defensionem sui coram Nerone Romano imperatore contra Iudeos accusatores egit/ a quo & absolut⁹ est liberq; dimissus.

Quod si truculento illi leoni omnino Christū abhorrenti Paulus sic detulit/ ob principatus titulum ac sedem: quis dubitauerit amplius potestatem gubernandi a deo esse / vt suę in totum orbem dominatio nationis vicariam : atq; imaginem! Demū beatus Petrus exhortatur fideles c; subiecti sint omni hu manę creature ppter deū: siue regi quasi precellēti siue ducibus tanq; ab eo missis. Occurrent facile & alia q̄plurima i latissimo sacrorū eloquiorū cāpo: que dilucidū prēstāt argumentū / regiā potestatē a deo manifeste approbari tāq; ab eo primū iſtitutā.

1.timo.2.

Baruch.1.

Actuū.25.

Actuū.28.

1.petri.2.

b.iii.

De Regis

Quanta sit regie potestatis dignitas atq; eminētia : quāta etiam sit eiusdem ut recte geratur difficultas.

Cap. III.



X p̄dictis itaq; colligitur preclara potestatis regie dignitas & excellētia. q̄ diuinę pr̄sidētię (qua omnibus dominatur a se conditis rebus) sit emula atq; symbolū quodam. q̄ in cœlo & in terra/in animalibus & vite munere carētibus impressa teneat vestigia atq; signacula. q̄ item antiquissimā habeat constitutionem/ab ipso fere mundi exortu cōceptā: vendicetq; sibi ab antiquitate non modicū authoritatis. q̄ deniq; a deo/summo rerum authore ac moderatore: ex veteris & noui instrumenti scriptura liquido dīnoscitur approbata. At vero hisce quatuor rationib⁹ iam ante diffusius explicatis/ accedit quīta: non minus ceteris habens roboris & pōderis ad conuincendā regie dignitatis eminentiam. q̄ inter tres reipublicę rectę & nequaq; prolapsę species: regnum/optimatum potētiā/ et censupotestatem: secundū. Aristotelis i tertio Politicorū libro sentētiā/ regnum vendicat sibi primū dignitatis locum. in quo summe rerum p̄fēst vnus/totius cōmunitatis bonum intendēs. P̄ferturq; secundū excellentiæ rationem optimatum potestati: in qua plures & optimi viri prudentia virtuteq; spectatissimi/gubernacula gerunt reipublicę. P̄fertur & censupotestati: in qua multi mediocres viri/ mediocriq; virtute & rerum agendarū prudentia spectati: moderationem habent ciuitatis. Neq; id mirum: regiam inquā potestatē ceteris duabus dignitate p̄fcri. Nam tanta est vnitatis vis/tanta virtus & energia:

Aristoteles

vt omnia coadunet/omnia colligat/omnia saluet.
 Siquidem videmus yniuersa rerum genera/ab uno
 authore & principio exorta esse: atq; ab eodem con-
 seruari. quemadmodum totam numerorum seriem
 in immēsum se porrigitē: a monade vt primario
 fonte originē ducere. & ex uno parente primo: om-
 ne hominum genus esse deducētum. Tanta preterea
 astrorum multitudo quę omnēm fugit humanum
 numerum/vnum spectat supremum dūcem/solem:
 cuius ductu (vt prius dictum est) agitur. Neq; deest
 gregi suus dux aries: neq; armēto su⁹ taurus. Neq;
 recte ad bellum instruitur acies/nisi ynus constitua-
 tur dux:cuius nutu & imperio fiant omnia. In do-
 mo itidem gubernanda/ynus queritur paterfamilias:
 & in nauī moderanda nauarchus vñus/qui cę-
 teris presit & imperet quę sunt agēda. Et vt in sum-
 ma dicā: quod in toto corpore humano vna est ani-
 ma/ ipsum viuiscans/fouens & vegetans:id in tota
 republica vñus est princeps/ipsam animans regēs
 & saluās: vt toti⁹ ciuitatis anima. Et vt in fine duo
 decimi libri Metaphysicorum habet Aristoteles.
 Non est bonū :pluralitas principatu⁹. vñus ergo
 sit princeps. In eandem quoq; accedit sententiam/
 & rei propositę corroborationem: quod ait Dama-
 scus libro primo de fide orthodoxa . Necessitas
 naturę est (inquit) vnitatem: duitatis esse principiū.
 Et beatus pater Dionysius. Nulla dualitas:princi-
 piū est. vñitas vero : dūlitat̄s erit iitium. Atqui
 in regno vñus est princeps: qui rerum tractat habe-
 nas. In optimatū vero potentatu & cēsupotētum:
 multi q̄uā potestate & cōsortio authoritatis/ reipu-
 blicę gerunt gubernacula. Est igitur regnum/reli-
 quis duabus reipublicę specieb⁹ prius: vt vñū mul-

Actuū. 17.

Aristoteles

Damasce
nus.

Dionysius.

De Regis

tis. Demum idem videtur & tota natura nobis insinuare: quæ in multis eiusdem generis speciebus, vnum quiddam cōstituit ceteris præstantius & eminentius. quemadmodum in sideribus solem/in elementis ignem/ in metallis aurum: in segetibus triticum/in liquidis vinum/i animalibus hominem. In quadrupedibus leonem tāq̄ ceterorum regem: in avibus aquilam. Sed quid aliud tota clamat natura per multarum rerum in aliquid ciusdem generis ceteris eminentius ac dignius reductionem: nisi unitatis commendationem/quæ omnem colligat atq; ad se constringat multitudinem? Indicat igitur hoc argumento natura: maiorem esse regni præstantiam/q; in uno consistat principe: q; ceterarum gubernationis specierum/quæ multos habent moderatores & præfides. ¶ Ceterū quāto sublimior est regij sceptri dignitas: tanto sane difficilior est illa prouicia vt recte obeatut atq; geratur. q; propter amplitudinem potestatis atq; authoritatis vni commissi: facile (vt sentit Aristoteles) prolabitur in tyrannidem/aut saltem in grauia sclera quæ dederat principem: materiamq; sumunt ex ampliore rerū affluentia/potentięq; autoritate/quæ regnum cōsequitur. Nullum plane dederis vicium/necq; insolētiam animi/necq; sequitiam/necq; luxum : cuius non assit maior licetia & occasio in rege/q; priuato quoque uis homine. Nō quidē/ q; liceat quoquo pacto regi illis malis laxare habenas: vt qui graui⁹ alijs peccet si talia perpetret/q; status & conditio eius est altior. secundum illam Satyrici sententiam: & præclare & vere dictam.

Aristoteles

Iuuenalis.

Omne animi vicium/tanto conspectius in se
Crimen habet: quanto maior qui peccat habetur.

Sed quod maiore debeat conatu enī ad ea deuitanda mala: ad quę pluribus icitaꝝ & iuitaꝝ modis/ afluētioreq; materia q̄ ceteri: quibus tāta decet occasio& irritamentum peccandi. Et quoniā difficilior est illa repressio viciorum ad quæ copiosor suggerit materia/ & plura occurunt incitamenta:hāc ob rem difficilius profecto est regem cōtinentiꝝ & virtutis habenis sc constringere / q̄ virum quemuis priuatum . Quare etiam longe difficilius est regiā potestatem recte exercere: q̄ priuatam agere vitam. & quo sublimior est locus ille: eo magis lubricus & casum minitās in via ijs qui in eo cōsistūt. Porro in huius rei testimoniūm: illud quoq; non inutiliter afferri posse in p̄senta videtur. plerosq; reges bona habuissc exordia: sed pessimos exitus. nō for̄tunę dico: sed morum. nam de fortunę casibus/ posterius fiet sermo. Eniuero Saul in regni sui initio optimus fuisse pr̄dicatur: vt qui diuino delectu ac citus fit ad regnum. Verūtamē insolentior deinde factus & intumescens animo: abiit retro & reprobus factus est. Salomon etiā initia regni sui habuit optima: sed amore mulierum demum captus diuina gratia excidit. Nōne & Iosas rex Iuda in principio probatissimis fuit moribus: quos tamen adulatio principum delinitus postea abiecit: deūq; de reliquit. Sed & Nero in principio imperij sui: magnam de se spem virtutum & optimi principis omnibus p̄st̄tit. postea tamē in libidinum obscenitatem & crudelitatē proruens: omniū spem fecellit/ expectationēq; publicā irritā fecit. Proinde si lubet omnium cuiusq; vnius regni principum recensere catalogum: fere semper plures eorum inuenies prauos/iutiles & perditos/ q̄ probos & bonos ac reipu-

1. regū. 9.

1. regū. 15.

3. regū. 3.

3. regū. 11.

2. para. 24.

De Regis

blice salutares. Siquidem si regū Iuda lubet a vertice ad calcē usq; numerum percurrere: inter duos & viginti sex ad summum cōperientur a principio ad finem usq; in bonitate perstisse: vtpote David/ Asa/Iosaphat/Ioathā/Ezechias/Iosias. Quod si ad reges Israel a Hieroboam filio Nabath usq; ad nosuissimum eorum numero decimum nonū oculos conuertas: ne vnum quidem eorum inuenies recte administrasse regnum / aut virtute singulari effulsiſſe. Inter Romanos autē imperatores circa eorū temporū exordia quibus viguit & floruit illud imperium: paucos admodum est offendere imperiali potitos sceptro/omni ex parte commendatione dignos. scilicet Augustū/Vespasianum/Titum/Antoninum Pium/Antoninū Verū/Alexādrum Seuerum. q̄ plurimi autem eorum deprehendētur testro aliquo scelere: crudelitate/libidine/ignauia: imperatorios fasces labefactasse. Deniq; si reges Assyriorum/Persarum/Grecorum & Aegyptiorū euoluere sit animus: longe copiosior semp occurret maiorum regū q̄ bonorū numerus. ¶ Neq; hæc (oro) dicta putentur in regiē sortis depressionē/ extenuationem aut diminutionem: quoq; & sublimis est / & augusta/ & præcellens. sed dum taxat in cōmonefactionem periculi imminentis: & sepius annexi tam alto fastigio. periculi inquam animarum: quod ijs impendet qui suscep̄tam eam prouinciam nō pro dignitate exercuerit. Sane si quispiā alteri iter agēti narret pericula vię/ aut mare fulcanti tempestuosum/nauigationis iā suscep̄tē declarat discrimina: quo cautiū ille ambulet/ ne incidat in latrones aut voraginem/ quo etiam circūspectius nauiget ne im pingat nauem in scopulos. nōnc singulare illi præ-

stat officium: suamq; in ipsum benevolentiam nō adūbrate declarat: Nos quoq; si reges omnes admonemus eorum discriminū/quæ in eo vitæ generē ac statu vt plurimū solent obtingere: quo cautiōres redditi persistat in timore dei/in illo assidue se contineant/neq; ipsum a se abijcant vnq;: vide-
mur certe beneficiū recte exhortationis (quod integratum aut molestum merito esse non debeat) eis obsequiose ipendere. & quo erga principes omnes afficiimur animo/non obscure contestamur: qui voluntus omnes saluos fieri/ & viam qua ad salutem progrediantur/pro virili nostra ijsdem pandimus.
Diximus quidem complures in summo regni culmine cōstitutos: ad vicia prolapſos esse. vt illorum admoniti exemplo/a consimili lapsu sibi caueant: & ne in ima ruāt prēcipites/diligentius perspiciāt. vt qui aliquē via lubrica progressūm ante se/ vidit grauiter in terram concidisse: cū eadem via sibi est cundum/ temperat gradum: & ne etiam collabatur sibi prospicit. Diximus itidem perq; paucos fuisse reges: qui purpuram illam regiam nullo vnq; scelerē cōmacularit. vt enīxius cōtendāt omnes/ bonos illos ad vnguem imitari/& in proborum prīcipū reponi numero: ac nomen bonum post se relinquerē/quo annumerentur ijs qui probe regnum admistrarunt. Hoc enim ipsis maius esse & preciosius debet: q; amplissimas diuitias reliquisse heredibus/ aut numerosam sobolē/aut latissimos regni fines.
Melius est (inquit Sapiens in proverbiis) nomē bo-
num: q; diuitię multę. super argentum enim & au-
rum: gratia bona. Et ecclesiastes. Melius est nomē
bonum: q; vnguenta preciosa. Immortalis est enim
bonorum memoria: quoniam & apud d̄cum nota

Prover. 22.

Eccēs. 7.

Sapie. 4.

De Regis

est & apud homines, ut in libro Sapientie testatur Sa-
lomō. De malis vero: eodē loco subiungit. Et erūt
post hēc decidētes sine honore: & in cōtumelia īter
mortuos in perpetuū. Et erūt gemētes: & memoria
eorū perierit. Ecce quantū est dis̄crimen atq; discer-
niculū inter bonorū nomen & malorū/inter horū
& illorū memoriā: quā post fata vētūris relinquūt
ſeculis. Hanc itidē dis̄crepantiā famæ & nominis
amborū/depromit ecclesiasticus: cū de bonis & qui
inculpate vixerūt ait. Omnes isti in generationib⁹
gentis sue/gloriam adepti sunt: & in diebus suis ha-
bentur in laudib⁹. Qui de illis nati sunt: reliques
runt nomē narrandi laudes eorum. Semen eorum
& gloria eorū non derelinquetur: & nomē eorum
viuet in generatione & generatione. De malis vero
& qui improbam egerūt vitam: eodem loco dicit.
Et sunt: quorum non est memoria. Perierūt: quasi
qui nō fuerint& nati sūt quasi nō nati: & filij eorū
cū ipsis. Idē quoq; alio loco. Memoriā superborū
perdidit deus: & reliquit memoriā humiliū sensu.
CQuod regnum in alios gerēs/ipsos virtute debet
anteire: & edomitis animę cōcupiscētijs seipsum
recte dirigere.

Cap. III.



T inter supradictas quattuor ratio-
nes quę primū permouisse credun-
tur populos ad designādū cuiq; re-
gnum/iam paulo ante in secundo
cap.latius explicatas: ea quae pri-
mo adducta est loco/virtutis iquā
in aliquo uno supra ceteros prestantia illustris/
po-
tissima haberī debet & prēcipua causa: quae impel-
lat gentē aliquam ad illū vnum sibi regē deposcen-
dum, quandoquidē par est eum qui dominatur/yt

dignitate subditis præstat: ita virtute eos antecelle-
re . Quæadmodum de Saul diuina electione in re-
gnum subiecto dicit scriptura: q̄ erat electus & bo-
nus/ & non erat vir de filiis Israel melior illo, quā-
uis postea ob animi insolentiam & inobedientiam
in deum: diuina exciderit gratia/regioq; fuerit so-
lio deiectus. Vnde Cyrus rex Persarum dicere soli-
tus est: q̄ neminem deceret imperare/ nisi qui sub-
ditis esset melior . Et cum Leonidæ Spartanorum
regi dixisset quidam . Præter regiam dignitatem
alio nichil nobis præstas: scite respondit/ authore
in Apophthegmatis Laconicis Plutarcho . At nisi
vobis melior extitissim : dignitatem regiam ades-
ptus non essem. Solon item vñus ex septem sapien-
tibus/ interrogatus qualis esse debet populi rector:
respondit talem eum esse debere / q̄ prius seipsum
q̄ subiectum populum recte dirigere studeat/virtu-
teq; moderari . Alioqui persimilis crit ei qui vñ-
bram curuam/rectam facere annitatur: priusquam
virga obliqua vñbram reddens curuam/in rectitu-
dine flectatur. Atqui impossibile est virgæ flexuo-
se & in sinum inclinatę vñbram: reddi rectam. ita
perdifficile est populum probe dirigi ab eo principe:
qui per viciorū deuia fertur præceps. Qui enim
sibi ipsi imperare nō potest: quomodo alijs rite im-
perabit? & qui sibi nequam est: cui alijs bonus erit?
vt sacra inquit scriptura. Declarauit idem non ob-
scure Philippus rex Macedonū. qui cum accepisset
Alexandrū filium suum conqueri ac ei vicio dare/
q̄ filios ex pluribus susciperet mulieribus : proide
inquit qm̄ multos habes regni emulos/ dato operā
vt & honestus & prob⁹ fias: quo nō meased tua gra-
tia/virtute/et meritorū excellētia regnū adipiscare.

1. regū. 9.

1. regū. 15.

Cyrus.

Leonides.

Solon.

Ecc. 14.

Philippus

Alexander
magnus.

De Regis

Alexāder quoq; filius eius: idem aperte iſinuauit.
qui cum iamīā moriturus interrogaretur quem sui
regnī cōſtitueret hæredē atq; ſuccellorē / respōdit/
dignissimū & optimum, ea voce ſignificās / ampli
ſui regni opes nō alijs cuipiam q̄ probato viro relin
qui debere: & ad regium fastigium / eum ſolum eſſe
ſubuehēdū : qui probifſim⁹ eſt. Debet igitur qui
dominatū in alios gerit; iſigni virtute ſubditos āte-
cedere. vt ſuo ipſius exemplo tanq̄ recta viuendi re-
gula / omnium oculis obiecta : eos inducat ad bene
beateq; viuēdū / & carpēndū virtutis iter. Quocirca
primū regis iclyti ſtudiū eē debet: efferos prauorū
affectuū impetus edomare / frenare irā / voluptatē/
fastum & ceteras animi labes. quę (ſi ipſis indulgea
tur) p̄cipitant hominē in barathrū viciorum. Et
tūc demū nomine regis dignus habebitur: cū cupi-
ditatib⁹ ſuis ponere modū & frenū nouerit . eritq;
huiusmodi memorabilis victoria: qua de ſubiectis
rationi proprijs cōcupiſcētis victor / glorioſe triū-
phabit. Melior eſt enim (inquit sapiens in prouer-
bijs) vir patiēs: viro forti. & qui dominatur animo
ſuo: expugnatore vrbīū. Quod Agesilaus rex Laz-

Prouer. 16 Agesilaus. cedēmoniorū cotaſtatus eſt. Maius (inquit) eſt ſuis
affectibus imperare : q̄ p̄pollentē hostiū vrbem
vi capere. Melius eſt enim (ait) libertatē tueri ſibi: q̄
eā alijs auferre. At qui ſuis dominatur cupiditatib⁹
bus: ſibi tuetur libertatē / ne cadat in ſeruitutem pec-
cati. Qui autē vrbem hostiū capit: alijs aufert liber-
tatem / quos in ſeruitutē redigit. Illud igitur q̄ hoc
longe eſt p̄ſtantius & iſignius. Quis oro Nero-
nem toti⁹ orbis Romani peſtem ac luem tabiferā:
principis nomine iure dignabitur: qui in omnem
prolapsus libidinē / & ſæuitiam: imperatoriā maie-

statem tetricis flagitijs dedecorauit. Quis itē Alexander.
 drum magnum merito appellatierit fortē/ aut ve-
 re regē: qui totius orbis domitor/ insatiabilem re-
 gnandi cupidinem/ iracūdiam/ temulentiamq; in
 seipso edomare nō valuit? Quis deniq; Hercules.
 illum tot monstrorum vīctorē: recte censuerit inter
 fortē habēdum? de quo preclare canit Mantuan⁹. Mātuanus.
 Omnia qui domuit: veneri seruiuit & irę. Iſti sunt
 hostes nostri domestici/ cōtra quos strenue pugnā-
 dum est nobis: anteq; foris bella geramus. de quib⁹
 ait scriptura: q; inimici hominis domestici ei⁹. Cū
 iſtis affidue conserendę sunt manus (vt scite admo-
 net Xenophon in suo cōeconomico) ne nos in tur-
 pem atq; intolerabilem redigant seruitutē: si vera
 libertate potiri/ & libere alijs dominari contēdim⁹.
 Audiat̄ itaq; nunc Augustinus: in quarto libro
 de ciuitate dei id asserēs. Proinde (inquit) bonus s̄i Augustin⁹.
 seruiat: liber est. Malus autē etiā s̄i regnet: seruus
 est. nec vnius hominis: sed (quod est grauius) tot do-
 minorum/ quot viciorum. De quibus vicijs cum a-
 geret scriptura diuina/ a quo enī quis (inquit) deui 1. petri. 2.
 ētus est: huic & seruus addictus est. Cui respōdet &
 illa vox euangelica: a summa veritate prolata. Qui Ioan. 8.
 facit peccatum: seruus est peccati. Accedit illi & Ci-
 cero in paradoxis dicens. Cui tandem libero is im-
 perabit: qui nō potest suis cupiditatibus imperare?
 Refrenet primū cupidines/ spernat voluptates/ ira-
 cundiam teneat: coercent auaritiā/ & ceteras animi
 labes repellat. Tum alijs incipiāt imperare: cum &
 ipse improbissimis dominis dedecori aut turpitū-
 dini seruire desierit. Dum quidēm his obediat: non
 modo imperator/ sed liber habendus omnino non
 erit. Audiatur & Isidorus i libro de summo hono.

De Regis

- Isidorus. Reges inquit/a recte agēdo vocati sunt. ideoq; recte faciendo: regis nomen tenetur. peccādo: amittitur. Recte ergo illi reges dicūtūr: qui tam semetipſos q̄ subiectos bene regēdo moderari nouerūt. Cui asti pulatur Gregorius in moralibus dicens. Summus locus bene regitur: cū is q̄ pr̄gest/ vicijs potius q̄ fratribus dominatur. Consonat illi & Seneca: cū ait. Si vis omnia tibi subiijcere: subiijce te rationi. multos reges: si te ratio regat. Idē quoq; in Thyeste/ grauiſſimo carmine quid hominem faciat regem: sic edidicerit.
- Seneca in tragœdiis.
Nescitis cupidi arcium:
Quo regnum iaceat loco.
Regem non faciunt opes/
Non vestis Tyrię color:
Non frontis nota regię/
Non auro nitide trabes.
Rex est qui posuit metus:
Et diri mala pectoris.
Quem non ambitio impotens:
Et nunq̄ stabilis fauor
Vulgi pr̄cipit̄is/mouet.
Quem non lancea militis:
Non strictus domuit calybs.
Qui tuto positus loco:
Infra se videt omnia.
Occurritq; suo libens
Fato:nec queritur mori.
Mens regnum bona possidet.
Rex est qui metuit nichil:
Hoc regnum sibi quisq; dat.
Eandē itidem sententiā astruīt Boetius libro tertio de cōsolatione philosophica: hoc elegāti carmine.

Qui se volet esse potentem:
 Animos domet ille feroce.
 Nec victa libidine colla
 Fœdis submittat habenis.
 Etenim licet Indica longe
 Tellus tua iura tremiscat/
 Et seruiat vltima Tile:
 Tamen atras pellere curas
 Miserasq; fugare querelas
 Non posse: potentia non est.

Boetius,

Sed & Horatius in odis sentit maius esse regnum/
 si quis animo suo frenū ratiōis iponat atq; dñetur/
 q; si totius mudi obtineat imperiū: cum ita canit.
 Latius regnes/ auidum domando
 Spiritum: q; si Lybiam remotis
 Gadibus iungas/ & vterq; Pœnus
 Seruiat vni.

Horatius,

Denum Claudianus Theodosium imperatorem
 alloquens: idem perhibet his versibus.

Tu licet extremos late dominere per Indos:
 Te Medus/ te mollis Arabs/ te Seres adorent.
 Si metuis/ si praua cupis/ si duceris ira:
 Seruitij patiere iugum/ tolerabis iniwas
 Interius leges. Tunc omnia iure tenebis:
 Cum poteris rex esse tui. Proclivior usus
 In pecora datur: suadetq; licentia luxum/
 Illecebris effrena fauet. Sed comprime motus
 Asperius: cum prompta venus/ cum durius ire
 Consulitur q; pœna petat. sed comprime motus.
 Nec tibi quid liceat/ sed quid fecisse decebit
 Occurrat: mentemq; domet respectus honesti.
 Quicūq; ergo ingenuo & generoso est aīo princeps:
 Se Theodosiū esse putet/ & hęc ad eū Claudiani ver-

Claudianus,

c.ij.

De Regis

ba dirigi. Quibus admonitus persuasum habeat/nul
lius esse mometi terrenum (quatracumque sit amplectus
& locorum latitudine) principatum: si non ipse prin
ceps animum prius composuerit / & internum illius
regnum pacato regat foedere. ut ratio sceptra teneat;
in summo culmine collocata: appetit autem sensiti
uus illi subsidens / prompte obtemperet & pareat.
Quod ubi fuerit cōsecutus: suscepsum exterius re
gnū rectissime moderabitur.

CQuod principem legibus subditum esse decet: &
suo exemplo vite probitate/ subditos ad virtus
tem inducere.

Cap. V.



Perepreciū est autem regem/ si suę
reipublicę recte consultum velit/
legibus subditū esse: sui status con
ditioni non derogantibus. præser
tim ijs quae ad componēdos mo
res attinent: siue cōstitutis per ma
iores suos/ siue a se sanctis & latis. Nō enim potest
efficacius & urgenter atque valentiore vi/ alios rex
astringere/ inducereque ad legum a se aut maioribus
suis conditarum integrum obseruationē: nisi suo
ipsius exemplo/ & si eas ipse quoque opere cōproba
uerit/secundum illud Senecę verbum. Patere legem
quam ipse tuleris. Vnde interrogatus Thales Mile
sius/ quo pacto quis iuste vivere posset: si quae iubet
(inquit) alijs/ ipse faciat. Solon itidem interrogatus
quo modo ciuitas bene regi possit: si principes (in
quit) & primores secundū leges vixerint. Reprehēdit
etiam dominus in euangelio scribas & phariseos:
que dicunt quae bona sunt & non faciunt. Alligant
autem (iquit) onera grauia & importabilia/ & imponunt
in humeros hominum: dīgito autem suo nolunt ea

Seneca.
Thales.

Solon.

Matth. 23.

mottere. Vbi annotandum censem illius loci expo
sidores sacri: q̄ qui aliquā constituit legem/ licet nō
sit subditus legi quantū ad hoc q̄ puniatur per ho-
minem si contrarium legi constitutæ faciat: tamē
obligatus est iure dñino & naturali ad legem (quā
sanxit) seruandā. & grauiori punitione dignus est/
maiori q̄ pœne obnoxius: si eā preuariceſ q̄ sub-
diti. quoniam trāſgressio ipsius est grauior: ob scā-
dalum quod inde exoritur apud subditos/ putates
& sibi licere regis exemplo: legem latam trāſgredi.
Propter quod canoniciſ fāctionibus recte cautum
est. Quod quis iure in alterū statuit: ipſe eodē iure
vti debet. Et Claudianus idem censem: ita Theodo-
sium alloquens.

Tu ciuem/patremq; geras/tu consule cunctis:
Non tibi/nec tua te moueant:sed publica vota.
In commune iubes siquid/censeſq; tenendum:
Primus iufsa subi.tunc obſeruantior equi
Fit populus/nec ferre negat:cum viderit ipſum
Aetorem parere sibi.componitur orbis:
Regis ad exemplum.nec ſic inflectere ſensus
Humanos edicta valent:vt vita regentis.

Claudian⁹

Proinde celebratur dignis preconijs Seleucus rex Seleucus.
Locrenſium: qui eam urbem ſaluberrimis ac vtiliſ
ſimis legibus iſtituit.inter quas & eam tulerat/ q̄
ſiquis adulterij reus deprehenderetur: vtroq; oculo
foret orbādus. Cumq; filius ei⁹ adulterij criminē
damnatus/ſecundum ius ab ipſo constitutū vtroq;
oculo carere deberet:& tota ciuitas in honorem pa-
tris neceſſitatē pœnē adolescentulo remitteret/ atq;
idipſum preſtari ab eo efflagitaret: aliquādiu repu-
gnauit. Ad ultimū precib⁹ populi euictus/ ſuo pri⁹
deide filij oculo eruto: vtricq; vſum vidēdi reliquit.

c.iii.

De Regis

- Valerius.** Ita (inquit Valerius) debitum supplicij modū legi reddidit: equitatis mirabili contēperamēto se inter misericordē patrem & iustum legislatorē partitus. Suoq; ipsius exēplo prodidit: eum qui leges reipublice statuit (si iustitię integritatem seruare adamus sim velit: suoq; recte fungi officio) debere eas quas condidit leges in seipso & suis iniuiolatas tenere. vt hoc documento subditī libentius ijsdem pareant le gibis: quas vident a regibus & magistratibus suis illabefactas afferuari. Hac itidem in parte magnā laudem assecutus est Lycurgus Lacedēmoniorū legislator: q; nichil legis in alios sanxerit/ cuius ipse documentū non prius in seipso daret. **Ageſilaus.** itē rex Lacedēmoniorum a quodā interrogatus quare vehemēti hyeme sine tunica circuiret castra: quo iuuenes (inquit) idem imitentur/ habētes iij quidem & senis & principis exemplū. Idem quoq; cum vellet per milites quicq; cōfestim effici: ipse primus illud aggrediebatur in omnium cōspectu. Cūq; in Asia bellum gerens ab ephoris accersitus esset ob Grecię bellū quod a Persis imminebat: protinus ex Asia soluit/ inquiens oportere bonū principem obtemperare legibus: & ita ephoris prescribens. Posteaq; iubetis vt ex edicto veniam: sequar epistolam/ prope modum etiam consequar. Non enim michi principatum gero: sed ciuitati ac socijs. Et tunc princeps vere principatū gerit: cum patiatur a legibus & ab ephoris sibi imperati/ aut ab alijs quicunq; magistratus in vrbe fuerint. Quinimmo secundum Aristotelis sentētiā melius est rem publicam optima lege gubernari: q; optimo rege. q; rex affectiōe prava agitatus potest a recto declinare: nō autem lex. Et cōſtituitur ipse rex in republica: vt custos legis

& minister. At quomodo illabefacta custodiet legem:
si non eam ipse quoque seruauerit? Aristotelis quidem
verba in fine tertij libri politiorum sunt haec. Melius
est igitur ut lex dominetur: quod aliquis ciuium. Hac
quoque ratione siquos preesse oportet: ita sunt praefi-
ciendi ut custodes legum atque ministri. Et in Ethicis
ide ait. Non sinimus hominem dominari: sed rationem.
Sibi ipsi enim facit: & fit tyrannus. Rursus idem in quarto
politicorum libro legem in omni republica dominari debere:
ita astruit. Vbi leges dominari non praevalent: non est respu-
blica. Nam lex dominari oibus debet. de singularibus au-
tore: magistratus & respublica iudicare. Quod si oibus
dominari debet lex: necesse est regem legibus esse sub-
ditum. Sed quid multis opus est exemplis? non ipse
legifer noster Christus coepit facere primum & deinde
docere? ceterus statusque est se venisse: non ut legem solue-
ret sed impleret: & exemplum dedit nobis ut ita faciamus.
Quod si rex quispiam rectas constitutat leges ad formam
dos ciuium mores sectadique iustitiam: quas tam ipse
praeuaricatur pro arbitratu suo & libidine vinere vo-
les/ scilicet legibus illis exceptis & absolutis esse dictatas:
audiat beatum Paulum acriter ipsum reprehendente & me-
rito id illi obiectantem. Qui aliud doces: te ipsum non do-
ces. qui predicas non furandum: furaris. qui dicis non
mochandum: mocharis. qui abominaris idola: sacri
legium facis. Qui in lege gloriaris: per purificationem
legis deum in honores. Quinimo hoc ipso rex a tyran-
no discrimen habet: secundum Aristotelis sententiam. quod
rex vita agit legibus subditus: quas ad vnguen obser-
vat. Tyrannus vero nullis legibus esse vult subiectus:
sed leges tantum alijs dare non accipere. imo quicquid
ei placuerit: id apud ipsum vim legis habet. Quoniam
recta ratione non ducitur tyrannus: neque disquisitit

Aristoteles

Actu. I.
Matth. 5.
Ioan. 13.

Roma. 2.

Aristoteles

De Regis

quid iustum sit vel quid iniustum. sed quicquid illi placitum fuerit/quia libet:id rectum putat & fieri iubet/authoritatēq; legis illud habere vult. vt sola volūtas/libido ac prēceps animus: illi pro lege sit.

Aristoteles

Quare in omnem proruit iniustitiam:quā armata manu reddit immaniorē/secundū id Aristotelis dīctum in principio Politicorum. Ut perfectione suscepta/optimum cunctorum animaliū est homo: ita si alienus fiat a lege & a iudicijs/pessimū est omnium animalium. Sequissima enim est iniustitia: tenens arma.homo vero arma tenet per innatā prudentialiam atq; virtutem:quibus plurimum valet in contrarium vti. Itaq; impiissimū atq; immanissimum est sine virtute:ad libidinem cibationēq; deserritum. Hęc Aristoteles. Talis autē maxime est

Cleobulus.

tyrannus: gladio nō legibus armatus. Neq; Cleobuli vnius ex septem sapientibus sententia illi curę est:qua montuit omnes/q; quanto plus licet: tanto libeat minus.sed e diuerso cēset tyrānus:quicquid libet/illi licere/rectumq; & iustum esse. Hanc certe tyrannorū conditionē non obscure prodidit vnu sapientū inter Persas:a quo cū Cambyses rex Persarum quæsiuisset/ an sororem suam legitime sibi posset matrimonio iungere:prudenter respondit.

Cambyses.

Nulla lex o rex illud permisit vñq. sed alia lex maior est:licere regi facere quicquid libeat. Quo quidem responso & veritatem non subticuit/& capit suū periculo exemit:quod imminebat si pertinax

Antigone.

proposito regis immo tyranni obstitisset. Cū itidē Antigono regi quidam assētator diceret/omnia regibus & honesta & iusta esse :probe respondit . ita certe:regibus barbarorum. Nobis autem ea dumtaxat honesta sunt:quæ honesta,& ea solum iusta:

q̄ne iusta sunt. Ceterū egregius princeps & bono
natus animo nō solum leges maiorū aut proprias
seruare sicut eat: sed & omni virtutis genere ut lucidum
in regno sidus effulgere. Quoniā nichil eque
conducit ad rectam populi gubernationē: atq̄ bo-
nitas regis & vita honesta, quae omnium obiecta oculis &
tanq̄ politum tersumq̄ speculū subditis pro-
posita: ipsos ad emulationem prouocet & rectā ei⁹
imitationem. Tūc plane regem subiecti suspiciunt/
admirantur/ colunt/ laudibusq̄ certatim ferunt ad
astra: cū vidēt eum virtute præditum/ bonitate cō-
spicuum/ & vita commendabile. Neq̄ aliud quip-
piam magis syncerū in ipsis suscitat ad suos princi-
pes affectum/ amorem & venerationem: q̄ cū illos
conspiciunt plano virtutis tramite absq̄ diuerticu-
lo aut errore deuio progredi. Nichil etiam aliud:
eque in subditis excitat bene agendi viuendiq̄ suis
diū. vt omnino verū esse dinoſcatur: illud Senecæ
in Thyeste dictum. Rex velit honesta: nemo nō ea-
dem volet. Et paulo post. Vbi nō est pudor nec cu-
ra viris/ ſac̄titas/ pietas/ fides: instabile regnum est.
Quis enī adeo impudorat⁹ est aut mētis inops: qui
nō erubescat sceleratā sub bono principe. vitā age-
re: neq̄ vereatur improbis esse moribus: quando
cernit regē vitę innocētia atq̄ puritate/ probe agē-
di exēplum suis omniquaq̄ preſtarē cum ſtudeat
ſere ſemper populus rectorum ſuorum moribus ſe
conformare/ accommodare/ & coaptare: ſecūdum
hanc Ecclesiastici ſententiam. Qualis est rector ci-
uitatis: tales habitantes in ea. Si bonus eſt/ inquit:
boni ſunt & ciues. Sin prauus: & praui. Enimuero
quantum prodeſt ad virtutis proſecutionē populo
boni principis vita: tātū officit & nocet praui regis

Seneca.

Ecc. 10.

De Regis

improbitas. Siquidem alios pertrahit ad cōsimilia
scelera perpetrādi studium: redditq; eos suo exem-
plo ad malum propensiōres. q; dociles imitandis
turpib⁹ & prauis omnes sumus / teste Satyrico. prē
sertim cum ea conspicimus ab ijs fieri/ qui in subli-
mitate sunt constituti. colligentes inde ratiocinatio-
nem/ q;uis īualidam: eadē quoq; nobis licere/ lōge
īfra illos positis/ īmo illa: praua ncquaq; esse. Sa-
ne legitur Hieroboam rex Israel erexisse vitulos au-
reos in suo regno: populūq; suū a veri dei cultu
auertisse/ & ad idolorum traduxisse ritum . Cuius
malo exemplo imbutus populus: deinceps semper
a deo abductus est/ & vitulorum aureorum culture
deditus. Ob quod & domus tota Hieroboam (qui
peccauit/ iquit scriptura: & peccare fecit Israel) pau-
lo post deleta est de superficie terre: atq; funesta cę-
de exticta. Et populus ille qui a peccato Hieroboā
non recessit: tandem in captiuitatē ad Assyrios de-
ductus est / & nunq; ad natale solum deinde reuer-
sus. Ecce quantum detrimētum intulit toti regno/
mali principis exemplum: quod & authorem ipsū
& imitatorem ipsius populum mille iuoluit malis/
cladibus/ & calamitatibus. Sed & nōnulli reges Iu-
da pr̄fertim Achaz/ Manasses/ Amō/ ceteris dete-
riores: prauo suo exemplo induxerunt populū suū
ad gentilitiam superstitionem & idololatriam. Id-
circo grauissima cōminatione interminatus est do-
minus se euersurum ciuitatem Hierusalem: & totā
Iudeorum gentem atrociter afflicturum. & quod
communitas est: postea compleuit. Quod si qui sint
subditorū rectiore iudicio/ melioreq; ingenio/ qui
peruersi regis improbitate non pertrahantur ad cō-
similia opera: hi tamē & minoris facient regem/ &

Iuuenalīs.

1. regū. 13.

3. regū. 15.

4. regū. 17

4. regū. 21

4. regū. 25.

cōtemptibilem habebunt. neq; eo in ipsum affici-
entur animo/aut tanta prosequētur eum veneratio
ne:quam excitaret in eis virtutis excellentia/in ipso
rege liquido conspecta. Multū enim detrahit regis
maiestatis & decētioris reuerentię: scelerata princi-
pis vita. sicut e contrario neq; atro fulgens diade-
ma/neq; sceptrum/neq; purpura regia/ adeo vene-
rabundum incitat populum in regis obseruātiām:
atq; vitæ integritas/morū honestas/& eximius vir-
tutum eius splendor.

CMultarum rerum peritiā regi esse necessariam:
& assiduam eruditorum virorum prudentia insi-
gnium societatem.

Cap.VI.



Rēterea sicut virtute / ita & rerum
multarum sciētia regem decet esse
adornatum atq; spectabilem: qua-
recte alios moderari possit ac dirī
gere. Quod Salomon in primis af-
firmat dicens Rex sapiens:populi
stabilimentum est. Et in prouerbij inquit. Intelli-
gēs: gubernacula possidebit. Cui astipulatur Vege-
tius de re militari. Nullus est (inquit) quē oportet
vel plura vel meliora scire q̄ principem : cuius do-
ctrina debet omnibus prodesse subiectis . Eniuero
qui p̄fēct populis; est vt oculus pedes dirigens ad
progressum: & illis cauens ne decadant in foueam/
aut offendāt ad lapidem. Quod si oculus ipse cēcu-
tiā>nullamq; videndi sortitus sit virtutem/aut tene-
bris offundatur:quomodo rectū pedibus iter ostendet?
Nōne si cēcus cēco ducatum p̄fēbeat:ambo in
foueam cadunt? Ita sane continget in regno: si res-
ges ipsi animo cæci sunt & duces cēcorum . Quod
& Gregorius i pastorali ita nos edocet. Caput(ait)

Sapiē.6.
Prover.1.
Vegetius.

Matth.15.
Gregorius

De Regis

subiectorum: sunt cuncti qui præsunt. Et ut recta
valcant pedes itinera carpere: hic procul dubio ca-
put ex alto prouidet/ ne a profectus sui itinere pes
torqueatur : cū curuata corporis rectitudine caput
se se ad terram declinat. Idcirco ad amplectendam
studiose sapientiam/ scriptura cunctos reges his ver-
bis exhortatur . Si delectamini sedibus & sceptris
o reges populi: diligite sapientiam / vt in perpetuum
regnetis. Diligite lumen sapientie: oes qui precessis
populis. Cui consonat ecclesiasticus: regni salutem
in rege sapiente consistere astruens/cum ait. Iudex
sapiens iudicabit populū suum: & principatus sen-
tati/stabilis erit. Et paulo post. Rex insipiens per-
det populū suum : & ciuitates inhabitabuntur per-
fensem prudentiū. Quinimmo & ipsa sapientia in
sacris litteris: altiloqua voce omniū auribus incla-
mat. Per me reges regnant: & legum conditores iu-
sta decernunt. Per me principes imperant: & potes-
tes decernunt iustitiam. Et in deuteronomio domi-
nus aperte ostendit regem doctrina ornatū esse de-
bere: cum ait. Postq autem federit rex i solio regni
sui: describet deuteronomiū legis hui⁹ i volumine|
excipiens exemplar a sacerdotibus leuiticæ tribus/ &
habebit secū legetq illud oibus diebus vite sue : vt
discat timere dominū deū suū / & custodire verba
ac ceremonias eius/ que in lege precepta sūt. Quo-
modo autem hęc officia prestatibit rex: vt librum le-
gis conscribat & assidue legat : nisi literas calleat|
& eruditione polleat? Quod si quis dicat/ hęc alte-
rius ministerio fieri posse: qui regi libros cōscribat
& lectitet. alterius igit officio similiter rex mode-
rabitur regnum: & solo nomine rex erit. Vera quoq
censetur & probatur ab omnibus hęc Platonis seu

Sapię. 6.

Ecc. 10.

Prouer. 8.

Deute. 17.

Plato.

tentia. Beatas fore respuplicas / si eas vel studiosi sa- plato.
 pientie regerent: vel earum rectores studere sapientie
 contigisset. Vnde preclarę quōdam florentes q̄b re-
 publicę: a philosophis gubernatę leguntur / aut le-
 ges accepisse. vt Athenienses a Solone / Mitylenę a
 Pittaco / Crotoniatę a Pythagora. Et Romana res
 publica eruditissimos olim habuit principes : Iu-
 lium cæsarem / Augustum / Traianum / Alexandriū
 Scuerum / & ceteros: qui literarum splendore con-
 spicui enituere / reiq̄b literarię studio mirifice sunt
 delectati. Longe abhorrentes a difficulti & prauo Ne-
 ronis ingenio: qui subscripturus iudicio capitis in
 quēdam a se lato / q̄ vellem (inquit) literas nescisse.
 persuasum (vt reor) habens: literas regibus ne recte
 imperent obstaculum præstare. cum ipse maximū
 sint ad bonam moderationem præsidium: & splen-
 didissimum animi ornamentum / quod eorum no-
 men posteritati cum celebritate commendet. Certe
 maiorem affecutus est & diuturniorem gloriā que
 nullo abolebit quo / Alphōsus rex Castellę illusiris
 simus: q̄ astronomię discipline peritissimus tabu-
 las calculatorias ad vñ & ratiocinia eius artis / per-
 petuum sui ingenij monumētum posteris relique-
 rit: q̄ ex regni amplitudine regioḡb dominatu / qui
 simul cū hac momentanea vita intercidit. Salomō
 item diuino commendatur testimonio / q̄ data sibi 1, regum. 3.
 optione ad postulandum a domino quodcūq̄b vel-
 let: petiuerit dumtaxat sapientiam ad recte iudican-
 dum populum sui regni / & iuste discernendū inter
 bonum & malum. Qui voto suo potitus: reges oēs
 sapientie magnitudine iudicādiḡb solertia antece-
 sit / tātamq̄ nominis claritudinē apud exteris etiā
 nationes habuit: vt fama illius excita regina Saba

Alphonsus

De Regis

- i. regū. 10. venerit ab extremitatibus finibus terre ad habendiā amēribus ipsius sapientiā. Sed neq; Dauid pater eius / eo ornatū regio caruit: qui diuina potius illustratiōne q̄ humano edocēt magisterio / super senes altae cœli mysteria se profitetur intellexisse. At vero ne rex ipse suo solius credat placito / aut proprię initatur prudentię: a sciscere sibi debet viros prudentes/integritate vītę spectatissimos / eruditione præclaros / & rētum agendarū industria probatos: quā vel anteactum cōparauit studium / vel longa rerum experientia atq; us subministravit. Quorum magistro consilio quēuis ardua regni negocia expediatis / quorum granem libratāq; acri examine sententiā libenter & prompte sequatur: quorum deniq; decretis & cōsultis poti⁹ stare velit / q̄ suo ipsius iudicio. Nichil siquidē deteri⁹ est aut perniciōsius regno: q̄ rex aut nullius admittat in rebus agendis consilium / aut suum / aliorum quorumvis iudicio preferre velit. Ne innitaris (inquit sapiens) prudētię tuę: & ne sis sapiens apud temetipsū. Et Esaias. V̄ q̄ qui sapiētes estis in oculis vestris: & apud vosmet ipsos prudentes. Idem admonet et Paulus ad Romanos. Nolite (inquit) esse prudentes apud vosmet ipsos. Porro quantum cōferat ad rectam populi moderationem / huiusmodi prudētium virorum corona & cōcetus: perhibet sapiens cum ait. Multitudo sacerdotum: sanitas est orbis terrarum. Et idem alio loco. Prover. 11. Vbi non est gubernator: populū corrūet. salus autem: vbi multa consilia. Sic sane cum Moyses cōquereretur apud dominū q̄ non posset solus sustinere totam illam populi multitudinem / q̄ grauis admodum & intolerabilis sibi esset / ob frequentes eius seditiones & murmura: preceptum accepit a
- Psal. 119.
- Prover. 3.
- Esa. 5.
- Roma. 12.
- Sapiē. 6.
- Prover. 11.
- Nume. 11.

domino/q̄ cōgregaret septuaginta viros de seniorib⁹ Israel (quos nosceret esse senes populi & magistros) ad ostium tabernaculi. qui accepto spiritus sancti dono sustentarent cum eo onus populi: & nō solus ipse grauaretur. Quod & factum est/ atq; cum Moyse reliquisq; deinceps ducib⁹ ac regibus Hebræorū : septuaginta seniores habuere populi gubernationem ac regimen . Rex item Assuerus a Vashti regina contemptui habitus/ interrogasse legititur sapientes : qui ex more regio semper ei aderant/ & illorum faciebat cuncta consilio/scientium leges ac iura maiorum: cui sententię Vashti regina subiaceret quæ Assueri regis imperium (quod per eunuchos mandauerat) facere noluisset. Demum Romulus iacto Romani imperij fūdamēto/ex optimatibus/ centum instituit senatores: qui de arduis regni negotijs consultarent / & ad molem rerum gerendarum leuius ferendam/ regi auxilio forent. Et hos/ ab ætate: senatores/ ab authoritate vero: patres conscriptos appellauit. Nunq; ergo approperet rex inconsulte quicq; & præcipitâter agere: quoniam præcipitatio nouerca est veritatis & iustitiae/ habetq; in ea locum quod dicit Sapiens in prouerbij. Qui festinus est pedibus: offēdet. & plerumq; præceps factum diuturna sequitur sed sera pœnitētia. quipotius inscribatur ipsius animo / & insonet auribus eius assidue: illud Ecclesiastici verbū. Fili/ fine consilio nichil facias: & post factum non pœnitebis. Insuper nō aduocet rex in suū consiliū iuuenes/rerū gerēdarū ignaros: in delicijs enutritos/ & suarū cupiditatū sectatores. admonitus ab Aristotele/ q; nemo iuuenes eligere debet duces: eo q; non constat eos esse prudentes. sed viros accersat

Hester. i.

Romulus.

Prouer. 19.

Ecc. 32.

Aristoteles

De Regis

graties annis/maturitate spectatos/ longo rerū usu
probatos/integritateq; vītē cōmēdatos: qui prudē-
tiā obtinent virtuti & bonis moribus cōiunctam.

Iob. 12. Hos habeat in iudicijs assēssores/horū nitatur cōsi-
lijs & sequatur sententiā: qm̄ vt ait Iob/in antiquis
est sapientia:& in multo tempore prudētia. Memi-
z.

3. regū. 12. nerit semper rex prouidus / ipsius Roboam filij Sa-
lomonis:qui quoniā spreto seniorū consilio/ secu-
tus est id quod iuuenes cum eo educati suggerebāt:
multo maximā regni sui partē amisit/illiusq; di-
scissionē passus est:cuius nūq; resarcita est diruptio
atq; fractura. exemploq; illius salubriter admoni-
tus / summopere caueat ne adolescentiorum credat
consilio : potius que placita sunt ipsis q; que recta /

Prover. 19. suadentiu. Siquidē pestilente flagellato: stultus fa-
Prover. 21. piētior erit,vt ait Salomō. Et alio i loco. Multas
to pestilente:sapiētior erit paruulus. Ceterū quātū
conferat regibus sāno credere cōsilio/ & illud ma-
ture exequi/quantūq; noccat e contrario ad rectum
consiliū obsurdescere: Iechoniq; simul & Sedechiq;
regum Iuda dispar ostendit exitus. quibus idē/ con-
simileq; fuit a Hieremia propheta datū deo autho-
re consilium:q; ipsi Nabugodonosor regi Babylo-
niorū/cū infesto exercitu urbem Solymā obsidere
paranti/vltro se traderēt: & hac via/seipso populū

4. regū. 24. & ciuitatem seruarent incolumē. Credidit quidem
Iechonias optimo prophetē consilio: et in Babylo-
nem cum matre & parte populi traductus) in fospi-
tate reliquum vītē transegit. Sedechias vero incre-
dulus prophetē/& illius consilium aspernatus:seip-

4. regū. 25 sum perdidit/& totum populum/ urbemq; excidē-
dam hostib; p̄ebuit / vt quartus regnorum liber
circa finem latius enarrat.

CRegem/diuini cultus studiosum esse debere : & honorem nominis ipsius zelare / ecclesiasticāq; libertatem tueri.


Cap. VII.



Ropositum quidem est prius/regē virtute decoratū esse debere : & subditos probitate vītē haud minus q̄ authoritate/anteire. Verum id distinctius & determinatiō est cluc;dandum: aperiendumq; sermone magis particulari/ quemam virtutes potissimū regiam deceant maiestatem/ornamentūq; & decus illustre illi afferant. Inter illas autem/primo loco reponenda/ & omnium maxime expetēda: est pietas in deum/ & religiosus eius cultus. quo templo diuino dedicata nomini rex deuotus libenter frequētet: officiisq; ecclesiasticis frequens interficit. Cum salutaris offertur & sacratissima hostia/totius mūdi reconciliatrix: cum humilitate/reuerentia/ & deuotiōe illi augustissimo sacrificio crebro assistat. nullo alio tū occupatus studio/q̄ oratione aut pia meditatione: & suum atq; omnium regem effuso in deum animo coram reuerēter adorans. Dirigētur enim omnia eius opera in bonum/ & regnum illius in tranquillitate stabilitetur: si quē debet/ honorem impēdat deo. quoniam ēgro rex ferret animo: debitum sibi ab hominibus honorem negari. Promittit enim deus ipse/pariter & comminatur per scripturā. Quicunq; honorificanerit me: glorificabo eum. qui autem contēnunt me : erūt ignobiles. Nonne sub pijs regibus Iuda: Dauid/Iosaphat/Ezechia/Iosia: prosperatum est regnū populi Israelitici/ & placida pace stabilitum? In prōptu est causa : qm̄ in synceritate animi & toto affectu

1. regū. 2.

d.j.



De Regis

deū studiose colebant. At e diuerso sub Achaz / Ma-
nasse / Amon / & ceteris impietate notatis : multifas-
riam afflictum & tandem exterminatum idem re-
gnum . quoniā dei desertores illi reges : dēmonio-
rum cultui erant superstitionis addicti . Quinimo
rex Salomon qđiu in diuini cultus integritate &
studio permanxit : cum summa trāquillitate admis-
nistrauit regnum . Cū vero deserto deo secutus est
idola / & templa illis extruxit : suscitati sunt illi cō-
plures aduersarij / qui pristinam illam quietem ar-
mis inteturbarunt . ¶ Studeat p̄t̄erea rex in deū
bene affectus : loca sancta quæ vetustate aut violen-
ta ruina collapsa sūt instaurare / reparare templo /
xenodochia / monasteria / & cetera id genus loca / ad
dei obsequiū & opera pietatis exercenda / deputata:
quoniam id magnopere ad diuini nominis hono-
rem atq; venerationem cedit . Subeat itaq; frequen-
ter eius animum ipsius sancti regis Dauid memo-
rabilis diligentia in construendo tabernaculo / in
traducenda cū celebri honore arca domini / in pre-
parandis impēsis ad templi qđificium / in amplia-
do sacerdotum / cantorum / ianitorumq; ad diuinū
cultum numero . Sed & Salomon filius eius maiori-
rem in modū cōmendatur in scriptura : q; magnis
fificantissimum & toto orbe celeberrimū deo cōfiru-
xerit templum / illudq; cum solenni celebritate de-
dicauerit . Negq; Iosias rex Iuda inclytus sua fraus
datur laude : q; ruinosa sartatecta domus domini
sedulo curauerit istaurari . Demum zorobabel mis-
erifice laudatur : q; a captiuitate Babylonica regres-
sus adiutorc Eſdra templum domini dirutū hand
segniter redificauerit . Iudas quoq; Machabēus
merito commēdatur : q; templum illud Antiochī

3. regū. 3.

3. regū. 11.

2. regū. 6.

3. regū. 6.

4. regū. 22

1. eſdr. 3.

1. macha. 4

spurciis prophanatum rite expiauerit / & diuino cultui rursus dedicauerit. ¶ Ad hęc accurato studio labore rex in deum pius/execranda iuramenta / blasphemias / deicrations / regno suo penitus extirpare. proposito publico edicto/siquis illorum reus deprehēdatur: graui suppicio ipsū in ppatulo afficiendum. Quoniam hæc omnia in dei redundat ignominiam: & diuinī nominis inhonorationem. quę si incuria præsidum atq; negligentia relinquuntur impunita: grauiter prouocat iram dei/ & ad horrendam toti prouincie plagam inferendā infensem dominū concitant. Certe si quis crimen lese maiestatis cōmittit in regem : illico capite plectitur/totac̄ domus eius subhastatur & applicatur fisco. Si igitur tremenda dei contemnitur maiestas ore blasphemō linguaeꝝ maledica / si dei nomen tota die blasphematur inter regni incolas : nonne Nume. 25. zelo dei moueri debet rex generosus / vt alter Phinees / & pugione seuerę punitionis animaduertere in abominabiles illos deieratores? cū legat in voti Leuiti. 24. ri testamento iussū esse a domino: q; educatur blasphem⁹ extra castra/ & lapidibus obruatur a populo. Quid obsecro Ezechiam regem Iuda perpetuo 4. regū. 18. reddit cōmendabilem? id plane inter cetera: q; dissipauit excelsa/ contriuit statuas & succidit lucos/ cōfregitq; serpētem ꝑneum: cui stultus populus adolebat incensum. Quid idemtidem Iosiam nūq; peri 4+regū. 23. tura laude concelebrat? id sane præter alia: q; in toto regno Iuda & Israel comminuit idola / simulachraꝝ deorum/arasq; & delubra prophana subuertit. Quid demum Matathiam / inclytum Macha- 1. macha. 2. bęorum patrem præcipuo dignum reddit præcōnios? Egregiū profecto illud facinus: quo succensus d. ij.

De Regis

zelo dei Iudeum accedētem altare ad sacrificandū
idolo/coram omnibus trucidauit: insuper & nū-
cium regis Antiochi compellentem Iudeos ad ri-
tum gentilium: eodem cōfodit gladio. Sic reuera/
sic rex illustris veram sibi comparabit laudē ac glo-
riam nullo abolendam sēculo: si eradicare prorsus
enitatur omnia quę dei honorī derogāt atq; preiu-
dicant/execrationes imprecatorias/horrēdas deie-
ratiōes/ et talia id gen⁹ enormia scelera. magnūq;
ca in re prestabit deo obsequiuum: cum dicat Aus-
gustin⁹ Rex seruit deo: leges iustas p̄cipiendo/
& contrarias abrogando. Et rursum idem. In hoc
seruiunt reges deo: si bona iubeant/si mala prohi-
beant/non solum quę pertinent ad societatem hu-
manam: sed & ea quę pertinēt ad religionem diui-
nam. Sed quę iustior lex potest constitui/ aut ad re-
ligionem diuinam cōducentior: q; blasphemiarū
& execrationū in deum prohibitoria! Neq; cura
minor subire debet regem nobili animo p̄ditiū:
vt libertatē ecclesiasticā impensius tueatur/ ecclē-
siāq; dei defendat intētissime: vt dilectam Christi
sponsam/quā suo precioso sanctificauit sanguine.
immo cogitat assidue/se patronū ecclesię & propu-
gnatorem a deo constitutū: ad ipsam cōtra impro-
borū persecutiones protegendā. Ideoq; sūmopere
sibi caueat: ne eam quā defensandam suscepit / per-
sequatur vnq;. aut exactionibus violentis/vectigali-
bus/& tributis illam opprimens: quę his omnibus
etiā iure gentium est libera. aut suis prouētibus ac
fructibus annuis armata manu spoliāns: aut eius
iura/libertates & priuilegia ausu temerario violās.
Vindex est enim deus in eos: qui vnicam Christi
sponsā ecclesiā opprimere vi nitūtur et pessūdarc;

Augustin⁹

Siquidem Heliodus templū Hierosolymitanū spoliare aggressus grauissime cœsus fuit ab angelis templi præsidibus: & vix semianimis euasit. Et Pō-
peius ille magnus postq̄ idem templum victor pro Pompeius
Phanauit: & sancta sanctorū subiit soli summo sa-
cerdoti peruvia: aduersa deinceps fortuna seper fuīs-
se pressus legitur: neq; vnq; prosperos rerum suarū
postea habuisse successus. Eniuero cōcitato in Cœ-
farem bello ciuili: derum vīctus: & ab ijs quos pu-
tabat amicos trucidatus est. Marcus item Crassus Crassus.
in Parthos expeditionem facturus: Hierosolymam
veniens/ pecunias templi quas Pompeius nō tetige-
rat abstulit/ ipsumq; templum auro & donis opulē-
tis spoliauit. In cuius sacrilegij pœnam ipse cōtra
Parthos bellum aggressus: cū toto suo exercitu p=
fligatus est/ & in ipso conflictu occisus. vt refert Ios-
ephus libro antiquitatū Iudaicarū decimo quarto.
Verum vt hęc paulo altius repetamus: nonne syna-
gogam adhuc nascentem (quæ typus erat ecclesię) Exodi. 14.
tyrannide opprimens Pharaon rex Aegypti: cū om-
ni suo equitatu post decem diuinitus immisas plaz-
gas equoreis fluctibus est obrutus? Sed & Sénachez 4. regii. 19
rib rex Assyriorum eandem hostiliter persequens:
cæso angelica manu pene toto suo exercitu/ in dei
sui templo priorum filiorum gladio obtrunca-
tus est. Quid Antiochum illustrē referam? qui syn- 2. mach. 9.
agogam ipsam penitus euellere tentans & ad pro-
phanos idolorum ritus traducere: scatētibus e cor-
pore suo vermibus/ in terra peregrina/ in mortibus/
sub diuo/ miseram exhalauit animam. Eādē quoq;
pœnam sensit Herodes/ percussus ab angelo domi Actuū. 12.
ni: cum misisset manus vt affligeret quosdā de ec-
clesia/ quando adhuc nascens & tenera suū sumeret

d. iij.

De Regis

Nero.

exordiū. Insuper Nero sola crudelitate & flagitiis posteritati notus/post suscitata in Christianos persecutionē hostis reipublice declaratus & ad poenā quæsus: sibiipsi mortem consciuit. Domitianus item illi truculentia & immanitate non dispar/ecclesiæq; persecutor : a suis domesticis in cubiculo confosus est. Decius etiam imperator eandem ob causam : alieno ferro misere perijt. Diocletianus : vñeno vitam finiuit. Maximianus : propria se manu interemit. Insuper Cōstantius magni Constātini filius/sed a paterna religione degenerans: cum Arrianis fauens catholicos diutissime persecutus fuisset/apoplexia subito mortuus est/ vt author est Cassiodorus. Julianus apostata trajectus hasta ab ignoto milite:repétina morte sublatus est. Valens itidem imperator superatus a Gotthis quos Arriana labo infecerat(q; & ipse partes Arrianorum sequeretur;& catholicos impie infectaretur) in tugurium a bello fugiens : viuus ibidem crematus est.

Decius.

diocletian⁹

maximian⁹

Cōstantius.

Iulianus.

Valens.

Cōstantin⁹

magnus.

Quid memorem Theodoricum Gotthorum regē! Attilam/Totilam/ Fredericum secundum/ Leonē tertium imperatore: & innumeros alios principes: qui omnes vtrice dei dextera miserabili fato sunt absunti: q; sanctam dei ecclesiam perturbauerit/ ecclesiasticosq; viros fuerint dire persecuti . Quibus tamen vt seruis dei altissimi / eiusq; famulatuī peculiariter addictis : bonus princeps ex opposito debet honorem impendere/ humilitatem exhibere/ adiutorium & protectionem præstare / illorumq; nomini & famæ pro virib; consulere . secutus ea in re/Cōstantini magni religiosi principis factū: qui tanta veneratione prosequebatur ecclesiasticos

viros/vt cōteslatus sit palam sēpius/si videret sacerdotem peccantem: se libenter velle illum suo paludamento cooperire. ne cundem turpe aliquid perpetrantem aliij viderent/& inde infamiam incurseret: que in totius ecclesie dedecus retorqueretur. De eodem etiam ita scribit beatus Gregorius ad Mauricium imperatorem. Ecclesiastica testatur historia/ q̄ cum pię memorię Constantino principi scripto oblate accusationes contra episcopos fuissent: libellos quidem accusationis accepit/ & eodem qui accusati fuerant episcopos conuocans: in eorum suspectu libellos quos acceperat incendit/dicens. Itc/ & inter vos causas vestras disponite: quia dignum non est vt nos iudicemus deos. Vos a nemine diuidari potestis: quia solius dei iudicio reservamini. Dij etenim vocati estis: & idcirco nō potestis ab hominibus iudicari. Eiusdem quoq; rei narrationem ampliorem: continet historia ecclesiastica libro decimo. ¶ Sequatur & pius princeps exemplū Theodosij maioris: qui (vt refert historia tripartita libro nono) cum accepisset Thessalonice exorta seditione aliquos suorum iudicum atq; magistratum lapidibus obrutos esse a populo/atq; trucidatos: graui concitatus ira & sine matura discussione causę atq; veritatis/quinā essent authores illius cōmotionis & cēdis: iussit i omnes illius ciuitatis incolas gladios cruentos stringi/ & nocētes vna cū innocētibus proximis ut occurrerēt interfici. Quod ubi proposuit edictum: septem milia Thessalonicensium sine discrimine a militib; imperatoris miserabili strage refūtūtur occisa. At beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus/audiēs hāc funestā cladē iussu imperatoris fuisse perpetrata: mihi um in modum indoluit. &

Gregorius

Psal. 81.

Theodosij
maior.

Ambrosius

non) cum accepisset Thessalonice exorta seditione aliquos suorum iudicum atq; magistratum lapidibus obrutos esse a populo/atq; trucidatos: graui concitatus ira & sine matura discussione causę atq; veritatis/quinā essent authores illius cōmotionis & cēdis: iussit i omnes illius ciuitatis incolas gladios cruentos stringi/ & nocētes vna cū innocētibus proximis ut occurrerēt interfici. Quod ubi proposuit edictum: septem milia Thessalonicensium sine discrimine a militib; imperatoris miserabili strage refūtūtur occisa. At beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus/audiēs hāc funestā cladē iussu imperatoris fuisse perpetrata: mihi um in modum indoluit. &

d. iiiij.

De Regis

Theodosio volenti intrare templum Mediolanense ad audiēda sacra obuius occurrit: ingressuq; ecclesiæ pontificali authoritate cūdem prohibuit dices. Non venit tibi in mentem o Theodosi magnitudo sceleris: cui⁹ author p̄cipiuus extitissi⁹ An potestas tis imperatori⁹ sublimitas & amplitudo/ animum tuum ita exoculauit: ut non videas tantum facinus quo es contaminatus? Quomodo his oculis sacra contueri audebis mysteria: qui innocentū sanguine abs te effuso sunt polluti? Quo pacto hæc manus attolles in cœlū ad orationem: que crux innoxiorum plenē sunt & respersæ? Age prius condignam & publicam pœnitentiam de scelere tam nefando: sicut & publice peccasti. teq; viculo anathematis al ligatum: communione fidelium & introitu in templum/ indignum cognosce. Vbi vero gemitu & sa lutari pœnitentia tantum dilueris crimen: tum demum huc regredere/ & occulæ tibi fores templi patrebunt: & ecclesiæ consortium restituetur. Audiens hęc imperator corde cōpunctus humiliiter obediuuit Ambrosio: lugensq; & gemens ad suum rediit pa lacium. vbi octo cōtinuos menses in suspirijs & lacrymis perstittit: agens pœnitētiā in cilicio & cincere. Quibus expletis: cum dies domini natalicius adesset: ad ecclesiā profectus Theodosius: supplex ab Ambrosio petiuit vinculum quo fuerat innodus dissolui: communicationemq; aliorum et tēpli introitum sibi rursum concedi. quod suscepta lege nichil deinceps per iram p̄cipitem imperandum esse a ut exequendum/tādem impetravit. Ecce quātum honoris & reuerētiæ Theodosius licet imperiali maiestate p̄fulgens: exhibuit sancto Ambroso/ & q̄ prompte in oībus illi morem gessit. exēplūq;

memorabile reliquit regibus & principibus: ut singulari veneratione colant viros sacerdotio insignitos & illis potissimum in ijs quae dei sunt libenter obtemporent.

CA fastu & insolentia animi regē debere esse alienum: neq; in regio suo potentatu confidentiam aut extollentiam habere. Cap. VIII.



Ost synceram mentis in deum religionem ac pietatem/ inter virtutes magnopere regi necessarias/tāq; cę terarum basis & fulcimentū primo loco cōstituēda est animi modestia/ atq; moderatio: non sese effarentis ob regiam potestatem/ non inflati/ nō tumidi/neq; insolenter se apud seipsum ob honores/amplitudi nem regni/regiosq; fasces extollentis. Hęc autem comparabitur facile atq; conseruabitur a rege moderato/assidua proprię naturę consideratione: qua se semper hominem esse meminerit/ & cæterorum more formatum ex limo terre/quemadmodum de scipso ingenuo profitetur Salomon. se itidem mortale corpus gerere/ut reliqui homines: & paulo post in cinerem/putredinem & vermes resoluendum/ut & ijs quibus dominatur. Nulla enim naturę conditione ab illis discrepat:cadē omnino mortalitatis fors est & regi & subditis. Vtriq; ijsdem naturę in commodis/famili frigorī/morbis/varijs casib; & deniq; morti: sunt obnoxii. Coequalium naturae gradu hominum princeps est rex:immo & conservorum. Vnus enim est omnium dominus:rex omnium & creator.cuius contemplatione:fastum animi fludeat reprimere rex modestus/ob sublimitatē solij regalis obrepere solitum. secū reputās se dñm

Sapię. 7.

De Regis

& iudicē i cœlis habere: cui suscep̄tē administratio
nis rationem est redditurus/ & a quo secūdū opera
sua mercedē est recepturus. qui deponere solet potē
tes de sede: & exaltare humiles. Id preclare nos ad-
monet Seneca in Thyeste: hoc carmine.

Lucæ. 1.
Seneca in
tragediis.

Vos quibus rector maris atq; terræ

Ius dedit magnum necis atq; vite:

Ponite inflatos tumidosq; vultus.

Quicquid a vobis minor extimescit:

Maior hoc vobis dominus minatur.

Omne sub regno grauiore: regnum est.

1. regū. 15. Idem suo nos exemplo edocet Saul: primū diuino
accitū vocatus ad regnum/ sed deinde ob superbiā
& insolētiā reprobat⁹. Ozias item alias bonus
& ambulans in via domini/rerum prospere gesta-
rum timore inflatus: sacerdotale sibi voluit arroga-
re officium. & subito lepra percussus: hominū cō-
munione & regni gubernatione deinceps est exclu-
sus. Quid Holofernes/ numerosa sui exercitus mul-
titudine confisus: & in deum bella gerens? Nonne
manu foeminea obtrūcatus est: et totū illius agmen
in trepidam fugam conuersum/ atq; ad internitio-
nem cōsum⁹? Nōne & Amā honoratus a rege Assue-
ro atq; inter regni primores habitus/ quoniam inso-
lens factus est & toti Iudeorum populo intentauit
exterminium: suffixus est in cruce quā Mardocheo
innocenti parauerat? Sic sane/ sic deus ex alto pro-
spiciens actus hominum: reges suę conditionis im-
memores suiq; oblitos/ deturbat excels⁹ regni so-
lio & detrudit in imū. quemadmodum etiam Ec-
clesiasticus testatur dicens. Sedes ducum superborū
destruxit dominus: & sedere fecit mites pro eis. Et
Dauid in psalmo. Vidi impiū exaltatum: & eleua-

Judith. 13.

Hester. 3.

Hester. 7.

Ecc. 10.

Psal. 36.

tum sicut cedros libani. & transiui / & ecce nō erat:
 quēsui eum / & nō est inuentus locus eius. ¶ Neq;
 extollentē aut faslus materiā: pr̄stet regi/suę potē
 statis sublimitas & authoritatis eminentia: qua cete
 ris pr̄sident. qm̄ hęc: lubrica atq; instabilis est / for-
 tunęq; volubilitati admodū subiecta. cuius muta-
 bilitatem animo reputans/ cautior sit atq; circūspe-
 ctior: atq; in omnem sortis euentum prouide pro-
 spiciat. cogitetq; vel vno momento hanc suam po-
 testatē euerti posse atq; deicī: seq; regno exui / atq;
 in misera m̄ seruitutem aut carcerem detrudi posse/
 aut etiam repentina morte int̄cipi. Audiat oro cc
 cleisia stem: id salubriter admonentem. Melior est
 puer pauper & sapiens/rege sene & stulto/ qui nescit
 prouidere in posterum: q; de carcere catenisq; quis
 egrediatur ad regnum. & alius natus in regno: ino-
 pia consumatur. Nōne sanctus patriarcha Ioseph:
 de carcere egyptio repente sublatus est ad totius Ae-
 gypti principatum? Sedechias autem patre rege na-
 tus & regio potit⁹ sceptro: vrbe Solyma euersa/po-
 pulo in captiuitatē abduct⁹ filijs suis ante oculos
 eius trucidatis/exoculat⁹ a rege Nabugodonosor:
 in carcere Babylonico mortuus est. ex quo Iechoni-
 as post diuturna vincula ereptus: magno in precio
 habitus est deinceps apud rcgē. Verū vtq; est: quod
 grauiter & pr̄clare dicit Seneca in Thyeste.

Eccēs. 4.

Gene. 41.

4. regū. 25

Seneca.

Quem dics vidit veniens superbū:
 Hunc dies vidit fugiens iacentem.
 Nemo confidat nimium secundis:
 Nemo desperet meliora lapsus.
 Miscet hęc illis/prohibetq; Clotho
 Stare fortunam: rotat omne fatum.
 Nemo tam diuos habuit fauentes:

De Reginis

Craftinum ut possit sibi polliceri

Res deus nostras celeri citatas

Turbine versat. Idem quoque in Troade.

Seneca.

Quo fortuna altius

Euexit ac leuauit humanas opes:

Hoc se magis suppressere felicem decet;

Variosque casus tremere.

Christus.

Illud certe suo casu manifestat Christus rex Lydonum ditissimus: qui sortis futurę nescius contra Solonis sententiā se felicē dici ac haberī voluit. At paulo post a Cyro vicit & pyre superposit⁹: in seipso expertus est quod prius negauerat. Suo itidem exemplo idem declarat Darius: rex Persarū ultimus: qui

Darius.

tribus prelijs ab Alexandro magno profligatus: tandem a suis aureis compedibus ad maius fortune lundibrium est vincitus. & multis confossum vulnerib⁹: amissō regno/matre/vxore/liberis/vitam finiuit.

Perseus.

Id etiam coprobat Perseus rex Macedonii: a Paulio Aemylio duce Romano in triumphū ductus: & in vinculis Romę mortuus. Cuius filius artē ferrariā

Dionysius.

qua victū queritaret: ob inopiam exercuit: qui tamen patri in regno successurus erat. Dionysius item iunior patri in Syracusana tyrannide succedens: & eadem deinde pulsus: pueros Corinthi literas docuit: ex principe magister ludus factus: atque ad eam calamitatem denique redactus. Ad hunc Polycles Samiorū

Polycles.

tyrannus (ut author est Valerius) qui obsequenterissimā semper fuerat expertus fortunā: neque unquam aduersi quicquam pertulcerat: tandem bellum contra Darius regem Persarum gerens: ab Oronte eius prefecto in summo Micalensis montis vertice cruci est

Valerian⁹.

affixus. Sed neque Valerianum Romanorum imperatorem: prætereundū censco: qui a Sapore Persarū

rege i bello deuictus & captus/ ignominiosa apud
eum seruitute consenuit: quia regi equum asceluro
dorsum pro scabello prestatore est coactus. Mille oc
currunt talia regum exempla/ qui repente regio dez
iecti folio: prostrati sunt in extremas calamitates/
exilia & mortes. Proinde Ephestion Alexandro ma Ephestion,
gno amicissimus: cum ad Sydonis regnum non
nullos vellet prouochere (ut ei permisum erat) qui
illud constanter repudiarunt: admiratus magnitu
dinē animi spennentis quod alij per ignes ferrugē
peterent: vos quidem macti virtute (inquit) estote:
qui primi intellexistis quanto maius esset regnum
fasudire/ q̄ accipere. Author: Quintus Curtius li
bro quarto. ¶ Quinimo nulla ferme est hominū
conditio magis instabilitati & varijs obiecta casis
bus: q̄ sit sors regum & eorum qui in principatu
constituantur. Cuius sane causam reddit Horati⁹
in odis: hoc sapphico carmine.

Horatius.

Sepius ventis agitatur ingens
Ornus: & celsę grauiore casu
Decidunt turres/ feriuntq̄ summos
Fulmina montes.

Seneca.

Cui consonat Seneca in Octauia: cum ait
Bene paupertas

Humili loco contenta latet.

Quatiunt altas ſepe procellę:

Aut cuerit fortuna domos. Et rursum idem.

Humiliq̄ loco sed tuta sedet

Sordida parue fortuna domus.

Alte virtus animosa cadit.

Et protritum est/ frequensq̄ adagium. Qui manet
in terra: non habet vnde cadat. Si quis enī animo
metiatur curas insomnes/ solicitudines/ anxietates

De Regis

animi / & varia capitum discriminata: quibus plerique
reges obiciuntur. si quis item insidias nunc dome
sticorum / nunc exterorum / & mille pericula quibus
exponitur reges / apud se reputet: cognoscet pro
fecto quod difficilis & molesta est eorum conditio / &
quatis respersa amaritudinibus. Idem quoque verum
esse cognoscet: quod ait Seneca in Agamemnon.

Seneca.

Nunquam placidam sceptrum quietem:

Certumve sui tenuere diem.

Alia ex alijs cura fatigat:

Vexatque animos noua tempestas.

Vt præcipites regum casus

Fortuna rotat. metui cupiunt:

Metuimus timent. non nox illis

Alma/recessus præbet tutos:

Non curarum somnus domitor

Pectora soluit.

Et cetera: quæ in hanc sententiam grauiter & vere
dicta sequuntur. Demum ita id carmen concludit.

Felix mediæ quisquis turbæ

Parte quietus: aura stringit

Littora tuta. timidusque mari

Credere cymbam: remo terras

Propiore legit. Idem in Hercule Oetho.

Cespes Tyrio mollior ostro:

Solet impavidos ducere somnos.

Aurea rumpunt testa quietem:

Vigilesque trahit purpura noctes.

Pectora pauper secura gerit.

Tenet e patula pocula fago:

Sed non trepida tenet ipsa manu.

Carpit faciles/vilesque cibos:

Sed non strictos respicit enses.

Seneca.

Et reliqua : luculentē ac preclare in eandem sententiam cōsequentia. Accedit illi & Lucanus : in commendationem mediocris fortunæ ac fortis/libere exclamans.

O vitæ tuta facultas.

Pauperis angustiæ lares : o munera nondum

Intellecta deum. Etrursum.

Paupertas fugitur : totoq; accersit urbe

Quo gens queq; perit.

Lucanus.

Proinde commendatur summopere Antiochus Antioch⁹
 rex ob eam moderationem animi : qua cum victus
 a Romanis / magna regni sui parte quæ Asia con-
 tinebatur / excedere iubetur ex conditionibus pa-
 cis . ipse illis acceptis / benigne sibi a populo Roma-
 no factum dixit / q; magna cura liberatus : modicis
 regni terminis vteretur . Ampli enī imperia & ma-
 gne quæ expetūtur opes : multiplices & vndiq; cir-
 cunfundas secum trahunt molestias . Id certe sapien-
 ter perpendit rex ille subtilis iudicij / teste Valerio :
 qui traditū sibi diadema priusq; capitū imponeret /
 manu diutius retentum considerasse fertur : & tan-
 dem in hęc verba prorupisse . O nobilem magis q
 felicem pannum . quem si quis penitus cognoscat
 q; multis sollicitudinibus & periculis & miserijs sit
 refertus : ne humili quidem iacentem tollere vellet .
 Tyrannus etiam ille grauiter idē intellexit : qui fa-
 miliari suo sciscitanti cur semper subtristis videre-
 tur & mœstus / cum florētissimū obtineret regnū :
 iussit splendidas apponi epulas / simul & ensem co-
 ruscū capiti illius supereminenter : tenui filo sus-
 pendit . Ille vero gladij imminentis timore percus-
 sus / nec letari nec epulari potuit : iamiamq; casurū
 illū trepidans atq; formidans , Cui tyrānus , talis

Valerius.

De Regis

Boetius.

(inquit) est sortis mea atq; conditio regni: continua animū formidine pulsās, atq; futuri cas⁹ metu assī due exagitās. Quod in tertio cōfolationis philosophicæ libro: ita expressit Boetius. Expertus sortis suę periculū tyrannus: regni metus/pédentis supra verticē gladij terrore similauit. Deinde subnectit. Quę est igit̄ hec potestas: quę sollicitudinū morsus expellere/quę formidinū aculeos vitare nequit?

CQuod humilitas in rege maxime est cōmendanda: qua in ampla dominationis auctoritate modestiam seruet.

Cap. IX.



Aeterū hęc nequaq; in regijs status fugillationem aut reprehensionē dicta putentur: quem & eminētissimū prius assruimus/& lōge omniū augustissimū. sed vt horū admoniti reges: q̄ incerta sit sua cōditio & quantis obnoxia casib⁹/pensiculatiū ani maduerant. neq; nimium suis fidant sceptris/ aut felicitatem in eis collocandā existiment: sed in iis potius/quę beatus Augustinus in libro quīto de ciuitate dei latius enumerat dicens. Felices dicimus imperatores: si iuste imperant. si inter linguis se sublimiter honorantium/& nimis honorabiliter salutantiū/ & sibi nimis humiliter obsequentiū: nō extolluntur. si se homines esse meminerūt. si potest statem suā ad dei cultū maxime dilatandū: maiestati eius famulā faciunt. si deūt iment:diligunt/& colunt. si plus amant regnum illud: vbi non timēt habere consortes. si tardius vindicant: facile ignoscunt. si eandem vindictam pro necessitate regende tuendęq; reipublicę: nō pro saturandis inimicitias cum odijs exercent. si eandem veniam non ad im-

punitatē iniquitatis: sed ad spem correctionis indulgent. si quod aspere coguntur plerūq; decerne re: misericordię lenitate & beneficiorum largitate cōpensant. si luxuria in eis tanto castigatio: quāto potest esse liberior. Et si hęc omnia faciant: non propter fauorem inanis glorie/sed propter charitatem fœlicitatis eterne. Si propter peccata sua: humilitatis & miserationis & orationis sacrificium deo vero immolare non negligūt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices interim spe: postea re ipsa futuros/cū id quod expectamus aduenerit. hęc Augustinus. Ecce vnam fœlicitatis regum partem reponit sacratissimus pater i eo ipso cōsistere: si nō extollantur/si se homines esse semper meminerint. Quod nimirū assequentur: si humilitatem amplexi/omnem animi ponant arrogātiā & extollentiam abijcant/secundum illud ecclasiastici monitū. Quanto magnus es: humilia te Eccī. 3. in omnibus/& coram deo inuenies gratiā. Et rursum. Eccī. 32. Rectorem te posuerunt: noli extolli. esto in illic: quasi vnum ex ipsis. curam illorum habe. Et in Deuteronomio dominus instituēs rectis præceptis regem/deligēdum pro moderatione populi: inter cetera ait. Cumq; fuerit constitutus rex: non multiplicabit sibi equos/nec reducat populu in Aegyptum/equitatus numero subleuatus. Non habebit argenti & auri immensa pondera:nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. At cum prohibetur rex habere multa pondera auri & argenti: etiā vetatur habere nimiam vestium preciositatē/ nimis cultam supellectilem/vasa aurea & argentea nimium exquisita. in quibus omnibus:pompa est & glorię ostētatio . Beatus etiā Antoniūs eremita

e.j.

De Regis

celeberrimus/cum literas a Constantino Augusto
& liberis eius Constante atq; Constantio frequen-
ter accepisset: quibus rogabatur vt reciprocis illos
literis exhilararet, persuasus ab vnueris fratrib;
q; mutuis ipsos epistolis visitare deberet: ne per ei⁹
silentium exasperarentur/aut taciturnitatem eius
contemptui atq; deditationi ascriberet. in literis
suis responorijs laudauit eos primum: q; Christū
colerent. deinde salutaria admonuit: ne magnum
putarent/regiā potestatem. ne presentis carnis im-
perio tumentes: & se homines esse nescirent/ & iu-
dicandos a Christo obliuiscerentur. Ad postremū
clementiæ circa subiectos & iustitiæ/curæ quoq;
inopum admonuit. atq; vnum sempiternum regē
omnium s̄eculorum Ihesum Christum: epistolis

Athanasi⁹. testatus est. vt Author est Athanasius i vita: quam
de predicto sancto patre cōscripsit. ¶ Sed nūc illus-
trium virorum exemplis ostēdamus: magnopere
commendatam esse in regib; modestiam. & im-

Scipio afri- primis Scipionis Africani superioris: qui cum ca-
canus. pta Carthagine noua in Hispania & Hasdrubale
Barchino Pœnorum duce profligato/ pro cōsue-
tudine sua oēs captiuos Hispani generis ad se vo-
cari & sine precio dimitti iussisset: Hispanorum
multitudo que ibi frequēs aderat/hāc beneficentiā
Romani ducis admirata/cōtineri nō potuit: quin
eū honoris & virtutis gratia appellaret regem. Sed
Scipio hāc vocē Romanis auribus insuetā subito
oppressit/nec eū titulū sibi tribui passus est: quem
optimorū citiū consuetudini & Romanę libertati
aduersum esse sciebat. Hortatus est tātū Hispanas
gentes: vt si in referēda gratia memores esse vellēt/
fidē in populū Romanū benevolentiaq; seruaret.

Hęc Plutarchus in vita Scipionis . De quo etiā rez fert / q̄ populo Romano succensuit : quoniam eum perpetuum consulem & dictatorem vellet facere . q̄ in comitio / in rostris / in capitolio fieri sibi statuas vetuit . Quę omnia / moderatissimi animi / & hono-
ris appetentia nequaq̄ instimulati : sunt argumēta .

Insuper Godefridus Bolonius / inclytus sane Chri-
stianorum dux in expeditione Hierosolymitana /

Godefrid⁹.
tempore Urbani secundi summi pontificis / circa
annum ab incarnatione dominica vicesimū quar-
tum supra millesimum & centesimū facta : hac vir-
tute mirifice enituit . q̄ ob pręcipuam operam i eo
bello pręstitam omnium consensu rex Solymorū

electus : regni quidem titulū (vt Platina author est) Platina .

nō abnuit / coronam vero auream reiccit . indignū

arbitrat⁹ / illic aureo diademe hominē insigniri :

vbi rex regum Christus spineam coronam pro re-
demptione humani generis tulisset . Agesilaus iti-

dem rex Lacedemoniorū hac in parte laudem mes-
retur : qui moriēs suis pręcepit / authore Plutarcho /

ne aliquā aut pīctam aut fīctam / fabricatam ve cor-
poris sui imaginem faccarent . Nam si quod pręcla-

rum (inquit) opus a me factum est & illustre : id

erit monumentum mei . Sī autem nullum : ne om-
nes quidem statuarii pręstare id quinerit / vt pręcla-

rūs sim ac illistris . Commendatur & Agathocles

quondam rex Sicilię ob egregiam animi modera-
tionem : qua sibi in vasis fīctilibus cibum potum q̄

ministrari semper in mēsa voluit / in memorīa suę

cōditionis q̄ figuli esset fili⁹ / eiusq̄ pater artē figli-
nā exercuisset . De quo illud cst Ausoniij epigrāma .

Fama est fīctilibus cōenasse Agathoclea regem :

Atq̄ abacum Samio sepe onerasse luto .

Plutarch⁹.

Agesilaus .

Agathocles

Ausonijs

c.ij.

De Regis

Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis:
Et milceret opes pauperiemq; simul.
Querenti causam respondit. rex ego qui sum
Sicanus:figilo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe: quicunq; repente
Dives ab exili progrediere loco.

Helius
Pertinax.

Dignus etiam est commendatione nō vulgari ob
eandem virtutem: Helius Pertinax imperator Ro
manus. qui cum septuagenario maior prefecturā
vrbis agens/ex senatus consulto imperium Roma
num assumere iussus esset: rogaretq; eum senatus
vt vxorē suam Augustā & filium suū Cesarē ap
pellaret: studiose cōtradixit/sufficeretq; testatus est/
q; ipse regnaret iuitus. ¶ Porro hēc vna virtus irā
dei in reges excitatā mitigasse sepius legitur: & ad
lenitatem atq; placabilitatem traduxisse. Siquidē

2. regū. 15.

rex Dauid cum mira humilitate/abiectioneq; sui
fugientis ante conspectum filij sui Absalon aspiran
tis electo patre ad regnum/squalidusq; & ora per
fusus lachrymis iter agēs pedibus per agros/& ma

2. regū. 16.

ledicum Semei equo ferens animo: concitatam in
se diuinam iram sedauit/ restitutioñeq; in regnū
promeruit. Cumq; ob numerationem populi suo
iussu factam angelum domini videret grassantem
in plebem/ & exitium vrbī Solymę minitantem:

2. regū. 24.

idem cum summa humilitate prostrauit se ante di
uinę maiestatis thronum/inclamās. Ego sum qui
peccavi/ & ego inique egi: isti qui ones sūt/quid fe
cerūt? Vertatur obsecro manus tua cōtra me: & cō
tra domū patris mei. Et hac sui submissione: cessa
tionē pestiferę cladis impetrauit. Sed. & Achab rex

3. regū. 21.

Isrāel sceleratissimus/quoniā audita dñi cōmina
tione per Heliā se suppliciter humiliauit: obtinuit

ire dei vindicis in filij sui tempora dilationē. Rex itidē Niniutarū audita prædicatione Ionæ/ multum se humiliasse scribitur: & indutus sacco ieiunium publicum toti regno indixisse. ob quod furem dei placauit: & imminentē auertit a populo suo plagam. Ex opposito superbia & elatio cordis in regibus: s̄epius prouocasse diuinam indignationem/ & graui plaga fuisse punita traditur. *Enim uero Nabugodonosor rex Babylonis quoniā ob magnitudinem edificatæ ciuitatis & suę robur vir* Danie. 4..

tutis insolēter se extulit: abiectus est ab hominib⁹/ fœnumq; vt bos comedit/ inter feras degens & se ptem annos rōre cœli perfusus. Eius quoq; filius Balthasar quoniā in deum contumeliosus & audax/vasa sacra a templo domini asportata accommodauit irrueverenter mēsæ suę: duram accepit in dicio manus in pariete scribentis contra se dei sententiam/ eademq; nocte (vt prædicterat Daniel) interfectus: irrcuerentq; in deum pariter & insolētiæ poenas dedit. *Ezechias itidem maiorem in modū* 4. regū. 20 *a scriptura commēdatus/ cum legatis Babylonicis quecunq; domus sue magnifica ostētasset: audiuit ab Elsaia propheta/ ea omnia haud multo post in Babylonem transferenda.* *Memorabile præterea est exēplum humilitatis: quod Theodosius maior/ Theodosi⁹ major. imperator Romanus posteris reliquit. vt historia tripartita libro nono refert. Qui cū semel beato Ambroſio sacra faciente Mediolani/ munus ad altare obtulisset: regressus intra cancellos sletit/ & ea tempi septa quæ sacerdotibus erant assignata. Continuo significauit illi Ambrosius per archidiaconū/ Ambrosius & hęc verba denunciauit. Interiora tēpli loca o imperator/ sacerdotibus tantum sunt deputata: quæ e. iij.*

De Regis

ceteri nec ingredi nec cōtingere permittuntur. Egregere igitur: & sacrorum expectationem atq; perceptionem mysteriorum cū ceteris habe cōmunē. Purpura namq; :imperatores/nō sacerdotes facit. Cui protinus obtemperans imperator, humiliiter cancellis exiuit: gratias illi agens de hac differētiæ locorum instructione. & rursus Ambrosio significans ad sui satisfactionem/non se arrogantē cauſa inter cancellos/penitioraq; tēpli adyta māſſe: sed quoniā in vrbe Constantinopolitana hanc esse consuetudinem nouit/ q; imperator intra cancelli septa dum sacra fiunt cōſistat/& haec tenus super ea re a nullo fucrit admonitus. Cumq; Cōſtantinopolin reuersus imperator/hanc ab Ambrosio acceptam legē ac regulā discernēdorū locoruſ ſeruaret/ oblatiſq; ad altare muneribus mox cācellis exiret:

Nectarius. Nectarius tunc ecclesię Cōſtantinopolitanę episcopus ab eo percontatus eſt/ cur post oblationē intra cancellos tēpli pro more nō conſisteret. Cui respōdit Theodosius. Vix haec tenus potui discere: quæ differentia ſit imperatoris & ſacerdotis. vix eni inueni hac in re idoneū ad hēc vſcq; tēpora magistrū. Ambrosium nāq; ſolum noni digne vocari pontificem: qui me primū inter vnū & alterū/ discriminē edocuit. Ecce quātū prodeſt increpatio a viro virtutib⁹ eminēte facta: & ab animo humili atq; mox deſto obediēter ſucepta. ¶ Nēpe & hoc nō paruū est humilitatis in rege argumentum: ſi patiatur ſe ab alio quæ nescit edoceri. et ſi aberrauerit a recto virtutis tramite: in ſpiritu lenitatis ſe corripi. Si quis namq; ignarus agendę vię oberraret per deuia: gratias illi deberet qui ad rectum callē iſpum reuocaret. Si quis itē graui laboraret morbo & lœ-

thifero/ ipsum tamen latente: plurimū certe illi de-
berct/ qui & morbi indicaret periculum / & p̄sens
adhiberet remedium . Haud aliter princeps / corū
que sunt agenda ignarus: an succēsbit illi iure qui
rationem illorum edoceat & viam/qua huiusmodi
negocia sunt pertractanda? quinimmo plurimum
illi debebit. Alioqui sciolus sibi videtur & omnia
callens : latentisq; in penetralibus animi tumoris
prodit argumentum/vna cum scribis & pharisēs:
improperantibus cęco a natuitate/ sed iam & inte-
rius & exterius illuminato/ atq; clarus illis vidēti.

In peccatis natus es tot⁹: & tu doces nos! eiecerūtq; Ioan. 9.

eum foras. Magna siquidem sapiētię pars est: velle
doceri. & nō minima ē pars sanitatis: velle sanari/
& suum cognoscere morbum. Rursum quis regem
illum vere censembit humilem: qui mansuete carpen-

tem cius vicia & improbitatem / odio prosequitur
capitali/ & vt hostem insectatur : a quo maximum

suscepit beneficium? Veritas quidē odium parit: Terentius.

sed apud illos tantum/ qui magnum quid de se esti-

māt/ persuasumq; habent omnia a se recte agi: necq;

quicq; repræhensione dignum a se geri. Sed vnde

huiusmodi enascitur opinio : nisi ex virulenta sus-

perbiæ radice/ illorum cordibus altius infixas/ cum

Dauid quem vere humilem ante descripsimus / a

Nathan propheta repræhensus de adulterio & ho-

mīcio: humiliter suum cōfessus est crimen dicēs/

peccavi domino. Et ideo facilem a domino pro-

meruit veniam: peccatumq; suum a domino trans-

latum esse/ seq; non moriturum/prophetica denū-

ciatione incunctanter intellexit,

2. regū. 12.

De Regis

¶ Mansuetudinem in rege pariter & clementiam/
magnopere laudari: abhorretem ab omni odio
& vindicta.

Cap.X.



Ec minus necessaria est regi man-
suetudo/animiqꝫ placabilitas/nō
efferuētis ira nec furore cōcitati:
sed recta ratione hūc impetum &
ebullitionem moderātis/ & intra
rectitudinis metas affectum illū
cohibentis. Cui comes assit clemētia/qua nequaꝫ
ad vindictam de illata iniuria sumendam prēceps
feratur:sed ad veniam sit propensiōr / ignoscereqꝫ
qꝫ pœnas exigere sit paratior. Cūqꝫ recta lex æqui-
tatis definit sumēdum esse de maleficio suppliciū:
secundum iustitię regulam atqꝫ iuris lineam illud
cōstituat/non odio aut vltionis studio ad id indu-
ctus:sed solo iustitię zelo.curetqꝫ illud pœnę gen⁹
lenitate potius temperandum/māsuetudineqꝫ mo-
derandum:qꝫ nimio seueritatis rigore inferendū.
ne crudelitatis sequitieqꝫ notam incurrat:quæ ma-
xime dedecet bonum principem/& ad crudam de-
uergit tyrannidem. Etenim sicut in primo huius
libelli capite/ex Plinio est adductum:nonnulli cē-
sent/reges apum aculeo carere. Aristoteles tamen
libro quinto de natura animalium author est/qꝫ ij
aculeum quidem habent:sed eo non vtuntur/quos
circa eos carere aculeo nōnulli existimāt. Sed quid-
aliud eo ipso natura insinuat:nisi reges rerumqꝫ
publicarum rectores/et si potentes sunt/ eos tamen
sequitia vti non oportere:sed clementes potius esse/
nec arma nisi per ministros (vbi ius postulat)exer-
cere? Quēadmodū & illud quod eodē adductū est
loco:si rex apum i itinere aberraucrit/omnes apes

Plinius.

Aristoteles

eum iquirete/ odoratuq; sagaci persequi donec in-
 uenerint: bonum principē a populo/ mīro studio
 colendum/ obseruandumq; docet. Illud item/ regē
 apum gestari a plebe cūm volare nō potest. et si pe-
 rierit: ônes discedere. memorabile est docu mētū/
 quanta obseruātia officiosog; obsequio itidcm &
 desiderio/ debeat populus bonum prosequi princi-
 pem. Ita plane in hisce & ceteris animātibus ratio-
 ne parentibus/siquis earum mores & insitos natu-
 ra motus exactius contempletur: est deprēhendere
 exempla omnium officiorum & effigies virtutum
 impressas ab optimo totius naturę parente: quas
 imitentur homines/ & rectius agendæ vitæ formā
 induant. Docet idem naturę institutum & Seneca
 in libro de clementia: dicēs. Prīcipum crudelitas:
 bellum est. clementia in quamcūq; domum peruer-
 nerit: illam fœlicem & trāquillam parabit. Sed in
 rege quo rarior: eo mirabilior. Magni enī animi
 proprium est: placidum esse/ tranquillumq; ac inz-
 iurias & offensas superando despicere. Muliebre:
 autem est: furere. Ira non decet regem. Quod & in
 Octavia idem monet: hoc carmine.
 Pulchrum eminere est inter illustres viros:
 Consulere patriæ/ parcere afflictis/ fera
 Cede abstinere/ tempus atq; irę darc/
 Orbi quietem/ sāculo pacem suo.

Seneca.

Seneca in
tragœdiis.

Hęc summa virtus: petitur hac cōclum via.

Porro in ferendis iudiciis & exequendis/ ab ira
 prēcipiti tēperandum esse/ & pacato maturoq; ani-
 mo omnia transfigenda: edocuit Ambrosius/ cum
 Theodosio maiori post factam ingentem hominū
 stragę Thessalonice/ eius iussu/ ex immoderatiore
 ira profecto: hanc legem prescripsit. q; posq; lata

Ambrosius

De Regis

esset mortis aut proscriptionis in aliquem sententia: totos triginta dies illa maneret chartis atq; mēbranis inscripta/ ante q̄ exequieretur eā iustitię minister atq; lictor, vt interea ratio principis aut iudicis tantam habēs temporis moram/exquisitus discuteret: iuste ne esset lata sententia/an secus. Quā quidem regulam disquirendę per ocium veritatis sedata iam cordis ira/Theodosius in pœnitentiam perpetrati sceleris obtemperanter est amplexus: publicoq; decreto sanxit eam integre deinceps obseruari debere/ vt diffuse refert historia tripartita libro nono. Architas quoq; Tarētinus suo prodidit

Architas Tarētinus. exemplo: neminem ira succensum/ alteri etiam punitione digno pœnam inferre debere, qui cum in patriā reuersus iuenisset sua arua/predia/ & domestica negocia omnia/ villici negligentia corrupta atq; perdita: illi merito indignatus dixit. Sūpissē a te supplicium: nisi tibi iratus essem. Maluit sane cum impunitum dimittere: q̄ propter irā grauius iusto punire. Plato vero ob serui sui delictum vehementer excandescens atq; exardescēs in irā: Pseusipp⁹.

Pseusipp⁹. sippo amico suo castigādi illius commisit officiū/ veritus ne in illum animaduertendo modum excederet. & ita nec serui crimen reliquit impunitum: nec ipse puniendo/ alterius culpe periculo se commisit. Solent namq; ea quæ concitante ira faciunt homines: recte rationis fines plerumq; transgredi/ & post factum grauem inducere pœnitentiā, quod **Alexander.** Alexandri magni constat testimonio, qui cū Clytum familiarem suum ira temulentię coniuncta intercmissit in cōuiuio: tāta sceleris illius pœnitentiē ductus est/ vt sibi ipsi manus iferre voluerit. Sed **Clytus.** vt ab hac immani fera & rabie longius discedat re

gali insignitis titulo sceptroq; potitus: certe eniti debet vt non solum illatam iniuriam nō vindicet/ sed eā potius beneficētia/ synceritateq; animi bene in inimicos affecti cōpenset: vincatq; in bono ma lum. Hęc enim sūma est victoria: & qua nulla pos test haberi pręstātor. Quid oro dabis illo generos sius/ fortius/ aut insignius: qui laceſſit⁹ iniuria frā git irę impetum/ & vltionis abiicit appetitū! Nullum est illo strategema pręclarus: nullū vincendi genus dari nobilius potest. Quisquis igitur fortis haberi voluerit: leniter ignoscat inferenti iniuriā/ & beneficijs eum inuitet ad amicitiam. Tunc Ale xādro potentior/ & Hercule fortior: quinimmo & Samsone valentior iure nuncupabitur . ¶ Sed ne viam proponamus nimis salebrosā aut difficilē: afferam⁹ illustres viros qui hoc calle progressi sūti/ & eo ipso celebre nomen veramq; gloriām perpe tuo compararunt. In primis Moyles scripture tes timonio vir mitissimus/ crebro a populo Israeliti co exagitatus: nunc turbido murmure/ nunc seditione frequenti/ nunc tumultu graui volentium lapidibus ipsum obruere: nuncq; a mansuetudine discessit. sed vt deſū redderet populo placabile: assiduis instituit precibus. Nimirum typus is fuit & figura veri nostri legislatoris & domini: qui ab integrato & crudeli Iudeorum populo in crucē actus & ignominiosę addictus morti: pro trāſgressoribus orauit ne perirent. Samuel etiā fidelis propheta domini/ iudiciaria immerito deicetus authorita te q; regem postulasset populus: neq; cessauit vnq; pro eo orationes ad deum fundere/ neq; Saul regē iam reprobum factum lugere. Omitto dominatorem Aegypti Ioseph: qui grauissimam iniuriā

Nume. 12.

Nume. 16.

Lucr. 23.

I. regū. 12.

I. regū. 15.

Gene. 45.

De Regis

a fratribus acceptam/ cumulatione obsequio gene-
rose compensauit. Omitto & David regem/ qui

i. regū. 24. noluit manus suas extendere in Saul hostem capi-
talem: sed & mortuum deplorauit. qui etiam Ab-

2. regū. 15. salon filij sui immo persecutoris atrocissimi mortē
veris defleuit lachrymis. Hi sane etiā in veteris testa-
menti versarētur vmbra: illud tamē noui testamēti
prēceptum ac documētum integre compleuerunt.

Matth. 5. Diligite inimicos vestros / benefacite ijs qui oderūt
vos: & orate pro persequentibus & calūniantibus
vos. Quāto magis & nos non sub vmbra sed veri-
tatis luce viuentes: idē salutare domīni nostri mā-
datū amplecti & exequi debemus. Sed nūc ab eth-

Pyrhus. nicis etiā lubet exēpla desumere. Pyrrhus rex Epī-
rotarū cum audisset apud quosdam Tarētinorum
in cōuiuio verba opprobriosa de se dicta esse: illos
accersi iussit / & cur in se talia probra dixissent
eos interrogauit. E quibus vnum ait. Nisi nobis vi-
num defecisset/ ista quæ tibi relata sunt: collatione
eorū quę de te locuturī eramus/iocus & ludus fui-
sent. Quod audiens Pyrrhus: iram suam conuertit
in risum/illosq; veritatē quidē confessos sed ebrie-
tatem & crapulam in causa fuisse testantes: liberos
abire permisit. Quo facto: omniū Tarentinorum

Pisistratus. gratiam sibi conciliauit. Instuper cum Pisistrati fi-
Thrasybul⁹ liam adamaret Thrasybulus adolescēs/ obuiamq;
sibi factam in propatulo exosculatus fuisse: id æ-
gro animo ferēs vxor Pisistrati/ icitabat eum vt de
Thrasybulo capitale suppliciū sumeretur. Cui ille
respondit. Si eos qui nos amāt interficiamus: quid
ijs faciemus qui nos odio prosequūtur? Deinde filiā

Thrasipp⁹ suam ipsi Thrasybulo dedit vxorem. Idem quoq;
cū Thrasippum amicū suum inuitasset ad cœnā:

ille vīo nīmīo ingurgitatus: multis Pisistratū cō
tūcījs laceſſiuit/ & poſtremū in facē eius expuit. Il
le vero nequaq̄ in vltionem exarſit: & proprios fi
lios volētes paternam vlcisci iniuriam cōpescuit.
Poſtridie insuper Thrasippū/ne ſe ob p̄dīcta oc
cideret: a proposito reuocauit. Scipio etiā Africā Scipio
nus poſt Hispaniam Romanis refūtutam/ deuictā Africanus.
Africam/ Carthaginem ſubiectam/ & nobilissimū
triumphum/ ab emulis indigne accusatus: illorū
malevolentię vltro ceſſit. & ne intellinis diſcordijs
vrbem quam ſeruauerat laceraret: ſponte in exiliū
profectus eſt/ Literrnumq; iſulam petēs/ reliquū
vitę inibi trāſegit. Aristides quoq; Atheniensis cū
ab iigrata ciuitate per Oſtracismū pelleretur in exi
lium/ decennioq; relegaretur ob id ſolūq; iuſlus
ab omnibus cognominaretur: vrbē excedēs & ma
nuſ ad cœlum tendens/ non ſicut Achilles Græcis
iratus mala imprecatus eſt: ſed vt Atheniensibus
bene fauſte fœliciterq; eueniřt omnia/ syncero af
fectu exoptauit. Adhęc. Photon vir continentiffi
mus & innocentiffimus/ quo ſuperſtitie: respublika
Atheniensis permansit in columis. extincto vero:
protinus eſt collapſa. cuiuſq; vita: virtutū omniū
eſt ſpecimē & exemplar. cum emulorum inuidia
Athenis damnatus eſſet ad hauriēdum venenum/
quemadmodum ante fuerat Socrates: rogaſus ab
amicis ſiquid Photon filio ſuo ante mortem/ nomi
ne ſuo dici vellet. volo equidem inquit: ne ſcilicet
illatę michi ab Atheniēſibus iurię reminiſcatur.
Author Plutarchus in eius vita. Inſuper cum Pyr
thus rex Epyrotarum Argos oppugnans & Anti
gonum Macedonię regem ibi oſſidens/ iectu tegu
ſea muliercula iactę occubuiſſet: amputatum eius

Aristides.

Photon.

Socrates.

Photonius.

Pyrrhus.

De Regis

Alcyoneus caput Alcyoneus Antigoni filius ad patrem letus
detulit / existimans se gratum illi officium præstitu-
rum. Is vbi Pyrrhi caput agnouit: baculo filium
percussit ac reppulit / barbarum illum & cruentum
atq; sanguinarium appellans. Deinde chlamyde
ante oculos obducta: Pyrrhi licet hostis vicem do-
lens / illa chrymatus est / q; volubilis sit rerum fortu-
na secum reputans: caputq; & corpus Pyrrhi ma-
gnifice cremandum curauit. Cū vero Alcyoneus
paulo post sordidatum & squalidum conuenisset
Helenum Pyrrhi filium / cumq; benigne & huma-
niter patri adduxisset: conspiciens eum Antigo-
nus / melius inquit nūc q; prius a te factum est fili:
sed ne nunc quidem satis. qui hanc vestem non ab-
stuleris / squalidam & sordidam ab Heleno / maius
nobis dedecus q; sibi pariētem: q; cum patimur ca-
in ueste cōspici & versari. Post hęc adolescentē pla-
cide complexus: ad priorē habitum ornatumq;
restituit / in Epirum / paternum regnū remisit.
Erga amicos quoq; Pyrrhi: benignus fuit . vnde
longe clariorem cōsecutus est gloriā Antigonus:
q; ex parte de Pyrrho victoria. Hęc plane sunt clas-
rorum exempla virorū / que reges assidue ante suę
mentis oculos debent constituere: vt laudatissimā
hanc virtutem studiose exquirāt & amplectantur.
& tunc merito generosi nobiliq; animo prædicti cē-
rebuntur. At vero qui exulcerato animo concepit
odium in quempiam / & implacabilis vindictam
exigit: sēpē numero diuinam sentit manū vindicē
& illatę vindictę ultricem. Siquidem Absalon / fra-
2. regū. 13. tris Amnon in cōuiuio dolosus occisor / ob illatū
2. regū. 18. forori stuprum: violenta morte postea sublatus est
neq; suos compleuit dics. Ioab itidē princeps mi-

litię duos egregios viros Abner & Amasam simu-
la amicitia nequiter interficiens: iussus est a Salo-
mone (ut constituerat David) etiam interimi. Et
vterq; eorum suo exemplo comprobauit: id verū
esse quod in psalmo dictum est. Viri sanguinū &
dolosi: nō dimidiabūt dies suos. Quod etiam ex-
perientur & ij: quicunq; suo indulgētes animo vlti-
onis appetenti/humanum effundere sanguinem
non exhoruerint. Qui enim vindicari vult: a do-
mino inueniet vindictā vt ait scriptura: & peccata
illius scruans scrubabit. Et rursum. Non queras vi-
tionem: nec memor eris iniurię ciuium tuorum.

Affabilitatem in rege maxime commēdari: qua-
se facilem atq; humanum cunctis officiis ex-
hibeat.

Cap.XI.



Ognata huic placabilitatis virtuti est affabilitas: mirum in modū
regio diadematē pr̄fulgētem decens: ad cōciliando omniū sub-
ditorum animos: & alliciēdos in
sui amorem. Cum enim placidū
se cunctis atq; benignum p̄flet rex: prouocat fa-
cile omnes in gratiam/fauorem: & sui commenda-
tionē/ arctoq; amoris vinculo astringit singulo-
rum in se affectus. Et id quidem haud magno asse-
quetur impendio: si apertus & facilis ad illum sit
subditis accessus: si cōgressio eius ad alios: leta sit
& hilari frōte: si verba dulcia/ colloquia gratię ple-
na & suavitate respersa: si aures regię: posūlantiū
precibus (vbi res expostulat) pateant benigniter/
sibiq; dictū putet: quod Andromache Vlīxi apud
Senecam in Troade dixisse scribitur.

P̄cess placidus pias

2. regum. 3.
& 20.
3. regū. 2.

Psal. 54.

Eccī. 28.
Leuiti. 19.

Seneca in
tragœdiis.

De Regis

- Patiensq; recipe. quoq; te celsum altius
Superi leuarunt: mitius laps os preme.
Sic sane & incolas regni & exterorū omnes arctissim
mo sibi amore deuincet: quo nichil haberī potest
optabili⁹ teste Seneca. Inexpugnabile (inquit) mu
nimétum: amor ciuium. Quid pulchrius: q̄ viuere
optātibus cūctis? Quis huic audeat struere aliquod
periculum: sub quo iustitia/pax/securitas/dignitas
florent? sub quo opulenta ciuitas: copia bonorum
omniū abundat? Prēcipue vero suauiloquentia &
verborum lenitas regem omnibus reddet amicū:
Prouer. 15. quoniā vt ait sapiens in prouerbijs. Responsio mol
lis frangit irā: durus autē excitat furem. Cui cō
sonat ecclesiasticus dicens. Verbum dulce multipli
cat amicos: & mitigat iimicos. Quid queso aliena
3. regū. 12. uit decem tribus Israel a Roboā filio Salomonis?
dura certe & acerba responsio: quam poscenti dis
minutionē tributi populo reddidit. Eadem quoq;
2. regū. 19. de causa: inter viros Iuda & Israel de reducendo re
ge Daud cōtendentes/exortum est dissidium. Sed
1. regū. 25. & Nabal rustica sua & agresti responsione: ipsum
Daud & socios eius cōcitauit i sui ipsius exitium,
quē e diuerso Abigail vxor eius: officiosa sua hu
manitate & dulciloquentia placauit. ¶ Cōmenda
**Scipio afri
canus.** tur itidem merito ob humanitatis officium etiam
in hostes exhibitū: Scipio Africanus superior. qui
postq; exercitum suum traieciisset i Africam ad ex
trahēdū Italia Hānibalē: exploratores Pœnos in
suis castris deprēhensos neq; supplicio affecit/ neq;
de consilijs aut viribus hostium quicq; percontatus
est. sed circa omnes manipulos & castrorum suorū
ordines: ipsos duci iussit. Deinde sciscitatus an satis
omnia speculati essent que considerare vellent/prā

dium ipsis & iumentis eorum alimenta exhibuit: ipsosq; icolumes ad Hannibalem remisit. Meruit certe humanitas illa & benignitas (qua prius animos hostiū q; arma cōfregit) ut extreum finem secūdo bello Punico inclytus ille dux paulo post imponeret. Cui & id consuetudinariū fuit & familiare: captiuos hostes sine precio redemptionis dismittere liberos/beneficentia sibi animos inimicorum deuincire/certare in omnes beneficijs: eaq; ratio ex inimicis quosq; sibi amicissimos reddere. Vnde & id asscutus est multorū iudicio/ut inter omnes belli duces qui apud Romanos & Gr̄cos floruerūt: ipse primum obtineat locū/ habeaturq; pr̄stantissimus/ob singulares & egregias virtutes imperatorię dignitati in eo conīinctas: quas adeo cumulate & copiose in nullo alio facile inuenias. Consimile humanitatis officiū iussit impendi militibus regis Syrię Heliseus propheta: qui ad se cōprehendendum erant missi. Cū enim in medium 4. regū. 6. Samarię errore locorū essent perducti: interrogāti regi Israel an eos percuteret/ respondit Heliseus. Nō percuties. neq; enim cepisti eos gladio & arcu tuo: ut percutias. sed pone panem & aquā corā eis ut comedant & bibant: & vadant ad dominū suū. quod & factum est. Similem quoq; cōmendationem merebitur regali purpura conspicuus: qui a facultatis gratia adornatus & in alios officiosus/ amari potius eligit q; timeri/cōtenditq; citius benignitate/ imperata a se perfici q; violenta adactione aut incusso terrore. Nobilis est enī animus hominis/teste Seneca: & duci mauult q; trahi. ¶ Et hoc ipso rex a tyrāno lōge dissidet. q; hic timeri velit: cū minime ametur / sed iplacabili habeatur odio.

f.j.

De Regis

neq; ipse itidē timoris est vacuis: sed omnia etiā
tuta & secura habet suspecta/ ut preclare ait Seneca
in Oedipo.

Seneca in
tragœdiis. Qui sceptra duro senus imperio regit:
Timet timentes/ metus in authorem redit.

Iob. 15. Idē alio in loco. Necesse est ut multos timeat: quē
multi timent. Insuper Iob trepidationem tyranni
ita describit. Sonitus terroris: semper in auribus
illius. & cum pax sit: ille semper insidias suspicaz
tur. Non credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lus
cem: circunspectas vndiq; gladiū. Neq; diuturnū
tenet imperium tyrānus: & longo stabilitum tem
pore. quoniā vt ait Seneca in Troade. Violenta
nemo iperia continuuit diu. moderata durat. Rur
sum idē in Thebaide. Inuisa nūq; imperia retinen
tur diu. Et in Medea. Iniqua nūq; regna perpetuo
manēt. Rex vero placida manu sceptra gerēs/fere
numq; animū fronte benigna expromēs: & amat
ab omnibus/ & cū reverentia timetur. Ipse itidem
oēs amat/ & neminē seruiliter timet: neq; occultas
fibi insidias strui/ aut fraudē in eum quēpiā molis
ri formidat. Quod si rex superciliosus fuerit & fa
stidosus/turgidū gerēs animū: quē austerritate vul
tus prodat. si difficiles ad ipsum sunt aditus/diffi
cilior ad eū sermo/ & difficillima rei cuiuspiā im
petratio. si verba illitus cōtumeliosa & cū superci
lio atq; fastidio prolata: indicēt ipsū alios habere
cōteptui & nichili facere. si cōgressio illius & quo
tidiana cōsuetudo/tristis sit/dura & difficilis: quis
hūc amauerit regē/ aut syncero prosequatur affe
ctus. Cū enim alios ūnes fastidit atq; aspernatur:
e diuerso & cōtemnitur ab oībus & despicitur/ ob
agrestes ipsū mores & itolerabile vite cōditionē.

Seneca in
tragœdiis.

Proinde hanc morum difficultatem & intratibilitatem in ijs qui presunt reprehendit dominus per prophetam: id illis improperans. Cum austerritate imperabatis eis: & cum potentia. Et beatus Petrus fideles admonet pastores/ q̄ non sint vt dominātes in clero: sed forma facti gregis. Quæ quidem duo postrema sacrę scripture testimonia: de pastoribus ecclesiasticis primum intelliguntur. nichilo secundū tamen & regem edocent rectam vitę formam/cum Homerus Agamēnonē pastore populorum vocet: & censeat Aristoteles/regem ita se habere debere ad subditos suos: sicut pastor ad suas oves / & pater ad filios suos. Atqui pastor suas oves cū benignitate curat: non mactat eas/ nō trucidat / non allidit humo. Et pater in filium non stomachatur clamoris vocibus: non est in eum contentiosus neq; austero vultu/ non deniq; prouocat eum morositate sua ad indignationem & iracūdiam: sed cum æquabilitate & lenitate/ filiū paterno prosequitur affectu. Ita igitur & rex se debet habere ad subditos suos: affabiliter inquam/ leniter & placide. ¶ Cæterum summopere sibi prospiciat/ne affabilem se prestare volēs & humanum: incidat in nimiam morum levitatem/ effusos cachinnos/risus icompositos/verba futilia/gestus inhonestos & cætera id genus: que ab alijs coram conspecta eum redderent contemptibilem/ multumq; maiestatis & dignitatis illi apud aliorum opinionem detraherent. Quēadmodum Nero a Romanis contēptui est habitus: q̄ turpiter Nero. In scena vidētibus oībus interdū cecinit ac saltauit. Et Marc⁹ Aurcl⁹ Antonius cognomēto Helioga Heliogaba balus/perator roman⁹ cūctis fuit despectui q̄ adeo lus.

Homerus.
Aristoteles.

De Regis

In honeste in propatulo ridere sit solit⁹: ut publice
in theatro solus audiretur. eoq; vesanię tādem de-
tienit: vt decem milia pōdo aranearum collegerit:
vnde magnitudinem vrbis Romanæ deprehendi
posse asserebat. Exhibuit insuper populo pro spe-
ctaculi nouitate: decem milia murū / mille mustel-
las / & mille sorices. Ob quā insaniam atq; leuitatē
contemptus ab omnibus: tumultu militari exorto
interfectus est. Nichil ergo gerat rex puerile[n] nichil
Iudicrum / nichil indecens: si incolumē seruare vo-
luerit regiā suam maiestatē. quoniā huiusmodi le-
uitas iuuenilis in verbis / incessu / risu & gestu: in-
dicare solēt animi instabilitatē / inconstantia atq;
inhonestatē: cū dicat ecclesiasticus. Amictus cor-
poris / & risus dētiū & ingressus hominis: enūciāt
de illo. Vnde Gregorius Nazianzenus vir sāctita-
te & eruditione prēstantissimus / cum Iulianū apo-
stalam Romanū imperatore vidisset Athenis ad-
huc iuuenē: ex incōpositis eius gestibus statim cō-
iectauit inconstantia morū eius & leuitatē animi. vt
narrat historia tripartita libro septimo. Erat (in-
quit) illi ceruix ifflexibilis / humeri iactabiles / oculi
currentes / huc illucq; directi / & furiose respiciētes.
Pedes impatiētes / nares spirantes iniurias atq; con-
temptus / scommata risibilia / & hoc ipsum semper
habentia: risus incontinens & quasi subbuliens.
Consensus & negatio simul / ratio nulla ratione
cōsistens / interrogatio inordinata / atq; responsio:
nulla congruentia sibi conueniens. Cumq; hæc
in eo perspexisset / leuis animi atq; instabilis indi-
cā: continuo dixit astantibus. O quale malum:

Ecc. 19.

Gregorius
Nazianzen⁹

Iulianus
apostata.

Verba Na-
zianzeni de
Iuliano.

nutrit respublica Romanorum. Vera utiq; fuit
præclarū illius viri coniectatio: & rectū de Iuliani

moribus iudicium. Nam ipse impius in deum/superbus & arrogās/nichil magis habuit iniurium: q̄ fidem Christianam/quā abiurauerat. Itaq̄ rex ingenuus & generoso natus animo: affabilitatem ad homines grauitate temperet & maturitate/ que in gressu/gestu/verbis & toto corporis habitu elueat: in quibus nichil ridiculum/ scurrile/ histrio-nicum aut scēnicum deprehendatur.

CQuod veritatem amare/fidemq̄ seruare rex debeat: delatoribusq̄ & adulatoribus aures occludere.

Cap.XII.

 Egiam prēterea purpura m exor-nare debet simplex & nuda veritas: omnem simulationem/dolū/ fraudem/mēdaciūm/ & astū pro-cul eliminans. que & linguam re-gis animo reddat consonā: & ope-ra lingue respōdētia. vt nulla in eo delitescat fictio/ aut duplicitas: nulla itidem operū a verbis/aut rei a promissis discepantia. Porro huius virtutis pri-mum est officium a principe diligentius exercēdū) execrari prorsus omne mendacium: quoniā vt ait Sapiens in prouerbijs. Princeps qui libenter audit Prover. 29. verba mendacijs: omnes ministros habet impios. Quis enī locus esse potest veritati: si principis au-res pateant mendacijs: quorum audiendorū assue-tudine: & ipse eandem contrahet labem/ & oblecta-bitur mendaciorum narratione: qui prius ipsorū auditione diutius est delectatus. Quod si mendax fuerit princeps: amplius nullius habebitur precij aut momenti. cum teste Aristotele id solū assequātur mendaces: q̄ ipsis etiam vera dicentibus non credatur. **C**eterū tanto propensiō esse debet rex f. iij.

Aristoteles.

De Regis

ad audiendam veritatem: quanto rariores sunt qui eam libenter audiunt/q; amara esse soleat & molesta auditu. Enim uero Achab rex Israel cōtestatus est se odio habere Micheam prophetam: q; nō prophetaret illi bonum sed malum. immo quia veritatem illi nunciaret: & eius vicia carperet. Similiter Holofernes cū audisset ab Achior principe Ammonitarū veritatē de populo Israelitico: q; si deū cœli haberet propicium ac sibi fauentem/nullis viribus humanis possit euinci: grauiter indignatus est/iussitq; illum vincitum hostibus tradi Bethuliā incolentibus. Beatus item Paulus ad Galatas scribens ait. Inimicus vobis factus sum: verum dicēs vobis. Deniq; verū esse dinoſcitur id Comici verbum. Veritas odium parit. Illa tamē apud regem bene natum & recte institutum: non odium parere debet/sed amorem præcipuum ac singularē. ¶ Se cūdo vero loco fidei integritatem ad vnguem obseruare: veritate nixus rex elaboret. et quod se facturū afferuit aut promisit: illud sine hēſitatione aut magna dilatione preſtare. Dicta quidem est fides/ vt author est in officijs Cicero: quoniam fiat quod dictum est. quę vel sola: regis maiestatē conſeruat illa befactam atq; incolumem. Alioqui leuis habetur & nullius ponderis/vento q; & pluma agitabilior: promptum habēs in ore quod promittat/ nichil in opere quod exhibeat. At Marcus Attilius Regulus Carthaginē reuersus/ ut se facturū fidem dederat si non fieret captiuorū cū Romanis commutatio: ostēdit suo exēplo fidem etiam hostibus integre seruandam esse. quanto magis amicis: & iis qui nichil nos leserūt. Iosue itidem & principes multitudinis Israel / inito foedere societatis cum

3. regū. 22.

Judith. 6.

Gala. 4.

Therenti⁹.

Cicero.

Attilius
Regulus.

Iosue. 9.

Gabaōnit̄is: qui aſtu ac dolo iſpos circūuenerāt/
vbi rei veritatem rēſcīuerunt: noluerunt pactum
violare fœdus / neq; hostiliter eos inuadere / q̄uis
id exposceret Israeliticum vulgus: quoniam in no-
mine domini iurauerant ſe nichil mali illis illatu-
ros. Ecce q̄ ſancta apud iſpos antiquos fuit fidei
integritas: quam etiam aliorum verſutia decepti
temerare & ledere recuſarunt. Merito itaq; datu-
nantur filij Iacob infidelitatis & ſæuitiæ: q̄ cum Gene.34.
Sichimitis inierit fœdus futurarū nuptiarum pre-
textu / eosq; ad circunciſionē ſuſcipiēdam induxe-
rint. deinde crudeliter in omnes iā redditos imbel-
les fuerit grassati: ac ferro debacchat. Eniuero ve-
ritas iſpa: iuſiurandum / ſacramētum fidei & iura-
mentum omne ad pacem aut ſocietatem cōponen-
dā factum / inuiolabiliter ſeruat. dolosq; & prodic-
tiones / machinationesq; fraudulentas: execratur/
detestatur / abominatur. nichil antiquius ducens:
q̄ synceritatem fidei inuiolatā intemerata m̄q; con-
ſeruare. Quocirca & Scdechias rex Iuda iure argui-
tur violatæ fidei: q̄ regi Babylonico promiserit fi-
deliter ſe ſeruiturum & quotannis tributa perſolu-
turum. a qua tamen promiſſione deſciscens & da-
tam frangens fidem: ſeipſum & regnum perdiſit.
Veruntamen ſi quicq; ſe facturum pollicitus fuerit
rex / quod poſtea itelligat diuina discussa exactius veritate
iniquū eſſe & diuinis contrarium legibus: rēſcī-
dere debet huiusmodi promiſſum quod æquitatī
repugnat / & mutare decretum. Alioqui grauiori
ſe malo obſtringet: ſi illud exequi pergaſ. cū dūta-
xat in rebus honestis & a iuſtitię rectitudine nō de-
clinātibus: data fides ad vnguē ſeruari debeat. Cō- 1. reg. 25.
ſtuerat quidē Dauid ſe occiſurū Nabal ruſicū &
f. iiiij.

De Regis

1. regū. 25. Inexorabilem: & vię se cū socijs accinxerat ad tā-
tum facinus perpetrādum. sed placatus humani-
tate officiosa vxoris illius: districtos gladios vagi-
na incruentos recōdidit. Assuerus item rex sugge-
stione Aman principis sui inductus/decretum edi-
xerat: Iudeos omnes sui regni finibus contentos/
stato determinatoꝝ die exterminādos esse. At per
Hester reginam detecta illi veritate/populum illū
innoxium esse & nichil insidiarum suo regno mo-
liri: reuocauit prius edictum/ & quod ante permise-
rat abrogauit. Quod si in voto suo indiscreto fecis-
set Lepte/ & sibi & filię suā melius consuluisset: ad
quam immolādam domin o/ nequaꝝ obstringeba-
tur. Idem quoꝝ documentum rescindendi fidem
Matth. 14. in male promissis/ si seruasset Herodes: non cōta-
minasset diem suū natalitiū sanguine innocentis
& eximij prophetæ/ ad petitionē saltatricis effuso.
Consultius longe & prudentius factitasse legitur.
Agesilaus. Agesilaus rex Lacedēmoniorum: ad quē cū quis-
piam aliquando importune aliquid petēs diceret/
promisiſti/ idēq; ſepiuſ loqueretur: respondit. Ita
certe promisi: ſi iſtud quidem eſt iuſtum. Sin autē
iuitum: locutus ſum/ nō promiſi. Cumq; idem
ſubdiuiſſet. verumtamen decet reges/ quicquid ca-
pite annuerint: perficere. Non reges magis (respō-
dit) ita facere expedit: q; eos qui reges adeunt petere
iusta decet/ & ita loqui: vt & quod tempeſtuum ſit].
& quod regibus accommodatum cōſentaneumq;
considerent. ¶ Tertio deniq; loco/ veritatis eſt mu-
nus a rege ſum opere exercēdum: delatoribus &
adulatoribus aures occludere/ neq; aditū illis pre-
ſtare/ qui extrema ſūt regum pernicies/lues/corru-
ptela/multorum & cauſa malorum. Vbi enim de-

lationibus & falsis criminationibus apud regē da-
tur locus: opprimuntur infantes/ cōmētitijsq; ca-
lumnijs insimulantur. qui prorsus sunt innoxij:
rei capitū agūtūt/ arguūtūtq; illa cōmisissē mala:
quæ ne cogitarūt quidē. Sufurro (iquit scriptura) Eccī. 18.
& bilinguis/ maledictus: multos enim turbauit pa-
cem habentes. Anon siquidem rex Ammonitarū
nimis credulus suorum principum delationib; 2. regū. 10.
legatos Dauid regis ad se officij gratia & benevo-
lentiq; missos/ graui affecit cōtumelia & ludibrio.
propter quod: paulo post & regno & vita priuatus
est. Dauid itē alioqui bonus & sanctus/ Sib; seruo
nequam accusanti falso dominum suū Minphīz 1. regū. 16.
boseth absentē/ q; a rege desciuisset/ speraretq; per
coniurationem Absalon/ regnum paternū sibi re-
stitutum irīlenius equo credens: p̄cipiti sentētia
tradidit illi omnia bona quæ erant domini sui. cū
disquisita rei veritate: debuisset potius mendacem
illum delatorem cruci affigere. Vt enim perhibet
Seneca in Medea.

Qui statuit aliquid/ parte inaudita altera:

Seneca.

Aequum licet statuerit/ haud equus est.

Et vt dicit scriptura. Qui cito credit: leuis ē corde. Eccī. 19.
Insuper Aristobolus Ioannis Hircani filius/ pri-
mus post Machabēorum tépora regni diademate
insignitus: Antigonum fratrem suum (quē & con-
sortem fecerat imperij) maleuolorū delatione in-
ductus iussit per insidias iterfici, q; is diceretur ar-
matus ad opprimendum fratrem egrotum cū mul-
titudine militū aduentare: qui cū splendida pōpa
de expeditione bellica retuersus/ venerat reuera vt
fratrem quē vnice diligebat & pro cuius salute in
templo intētius orauerat inuiscret/ armorūq; eidē

Aristobolus

Antigonus

De Regis

demonstraret ornatum. Deinde fraternę cędis conscientia exagitatus Aristobolus sera ductus pœnitentia cum grauissimis viscerū doloribus sanguinem euomuit: a puero rei ignaro exportatum in eum locum atq; effusum in quo paulo ante fuerat Antigonus occisus. Qua re cognita diuinū sentiēs iudicium: m̄cerore animi simul et morbi molestia interiit Aristobolus primo sui regni āno. vt refert Iosephus libro antiquitatum decimotertio. Quod quidem exemplum manifeſte declarat: q̄ periculosā est & pernicioſa delatio ex malevolentia proficiens. & reges falsis accusatorib⁹ facile credulos: tristem semper habere suarum rerum exitum atq; in graues calamitates incidere. Quod etiam suo facto monstrauit Herodes Ascalonita: qui delatione filij sui Antipatri criminoris pessimi duos filios suos egregios Alexandrum & Aristobolum iussit occidi: q̄ diceretur paternæ vitæ insidiari. vt author est Iosephus libro antiquitatum decimoſeptimo. Ostendit idem & Philippus rex Macedonum penultimus: lōgo post Alexandrum magnum tēpore rerum in Macedonia potitus. qui Demetriū filium suum adolescentem ingenuum falsis criminationibus Persei alterius filij sui suspectum atq; iniurium habēs: q̄ cum Romanis sentire diceretur & vitæ patris insidiari funesto parricidio sustulit. Detecta autem fraude & cognita demum veritate nō minus scelere Persei q̄ innoxia Demetrij morte cruciatus: morbo ex egritudine animi contracto interiit. vt narrat Iustinus libro tricesimo secūdo. ¶ Sed neq; minus nocet regib⁹ adulatio: quinimo tanto grauius quanto pestilentius venenum blandimentis lingue illitum cordibus eorum infillat.

Iosephus.

Herodes.

Antipater.

Alexander.

Aristobol⁹.

Philippus.

Demetrius

Perseus.

Iustinus.

quo imbuti/in omnem proutunt viciorū sentinā:
cum vident turpiter acta ab alijs laudari. virtutēq;
odio capitali prosequuntur: cum audiunt quę recta
sunt a suis vituperari. & ita prēcipites agūtur per
deuia: trahūturq; in ruinam & prēcipitum. cum
se tales estimant: quales ab assentatoribus prēdicā
tur/ magnāq; suæ bonitatis opinonē ita persuasi
apud se conceperunt. Vt enim inquit Satyricus.

Iuuinalis.

Nichil est quod credere de se

Non possit: cum laudatur dijs equa potestas.

¶ Certe hanc animorū nocentissimam pestem dā
nāt sacra eloquia/ & sancti authores multifariam.Dicit enī in psalmo propheta. Corripet me iusl⁹in misericordia & increpabit me: oleū autē pecca
toris nō impinguet caput meū. Et quod est oleumpeccatoris: nisi palpans adulatio leniter aures de
mulcens/ & mentem enecans? Rursum sapiens inprouerbijs. Meliora sunt vulnera diligētis: q; frau
dulēta oscula odientis. Huiusmodi autem fraudu
lenta oscula/ certe assentationes sunt odientium sa
lutem eorum quibus assentantur: & sibi ipsis prin
cipum gratiā demereri/honores/ opes/ & lauta cō
uiuia comparare eo studio volentium. Et Ecclesia
stes. Melius est a sapiente corripi: q; stultorū adula
tione decipi. Dominus etiam per Esaiam prophe
tam nobis denunciat. Popule meus qui te beatum
dicunt: ipsi te decipiunt/ & viā gressuū tuorū diffi
pant. Cōsonat his Angustinus dices. Adulatiū
linguę: ligant homines in peccatis. Delectat enim
ea facere/in quibus non solū nō metuitur reprehē
sor: sed etiā laudat operator. Idem alio loco. Duo
sunt genera persecutorū: scilicet vituperatiū & adu
lantiū, sed p^l psequit̄ lingua adulatoris: q; man⁹

Psal. 140.

Prouer. 27.

Ecclēs. 7.

Esa. 3.

Augustin⁹.

De Regis

- Hierony. persequentis. Astipulatur eidem Hieronymus dicens. Nichil est quod tam facile corrumpat metes hominum: sicut adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris: quam gladius persecutoris. Beda quoque super Lucam. Ipsa peccati nutrix adulatio: quae sicut oleum flammis ita culpa ardenteribus solet administrare fermentum. Audiatur & Cicero in officiis. Isdem (inquit) temporibus cauedum: ne assentatoribus patet faciamus aures/ & ne adulari nos sinamus. in quo falli facile est. tales enim nos esse putamus: ut iure laudemur/ex quo nascuntur innumerabilia peccata. Idem alio loco. Nolo esse laudator: ne videar adulator. Insuper idem in libro de amicitia. Cuius aures clausae veritati sunt/ ut ab amico verum audire nequeat: huius salus desperanda est. Preterea Isocrates teste Laertio dicere solebat. Odi blandientes tanquam decipiētes. Nam vterque equaminiter iniuriatur. Et a philosophis adulator diffinitur esse blandus inimicus. Quintus autem Curtius adulationē perpetuum esse malum regum affirmat: quorum opes (inquit) sepius assentatio quam hostis cuerit. Ceterum hac pestifera lue etiam moderati reges & boni (nisi more Vlrixis aures cera obturauerit: ne huiusmodi sirenum cantibus demulcentur) interdum corruptur ac inficiuntur. Siquidem narrat Iosephus libro antiquitatum decimotertio / quod cum Ioannes Hyrcanus Simonis Machabei filius/ & post patrem: Iudeorum adeptus principatus/ semel phariseos (quorum secte proprieius erat addictus) lauto excepisset coniunctio/ videretque eos sua magnificentia admodum delectari: dixit ad illos. Scitis me velle iusta omnia agere: per quem deo & vobis placeam. Rogo atitem siquid me peccantem videritis & recta via deuiantem

renocate; atq; corrigit. Cumq; discumbētes phas
rifēi testimonium ei pr̄eberent; ipsum omni virtute
ornatū esse: magnopere eo ipso lētatus est. Neq;
id mirum, nam laus etiam falsa: delectat audiētē.
Tum vnu ex accumbentib; Eleazarus nomine/
quoniā inquit dixisti te velle veritatē cognoscere:
si vis iustus esse/ depone principatum sacerdotij/ &
tantum sufficiat tibi populi regere magistratum.
Hircano vero causam sciscitante: ob quam depos-
nere deberet sacerdotij principatum. quia (ait) ad
diuersos illa duo spectant officia: administratio sa-
cerdotii & dominatus in populo: pr̄scisq; tempo-
ribus ab alio & alio gerebantur. neq; antiquorum
regum tēpore: idem fuisse legitur princeps populi
summusq; sacerdos. Quo sane verbo īrī status Hir-
canus/ grauiter indignatus est: simul & īnes phas-
rifēi vno ore fremebant iu illum. & res ipsa prope-
modum ad seditionem versa est: quam tamen Hir-
canus modestia & prudētia sua sedauit. Ex quo cō-
stat nullam principibus magis exitialem atq; gra-
uiorem esse pestem: q; adulacionem. quæ nullum
veritati sinit esse locum: sed assentatiūculis suis il-
lorum aures fascinat & mentē. vt sibi persuadeāt/
quicquid de seipsis pr̄dicatur: id ipsum vrum esse
& ita se habere. Proinde si quis ausit illis coram ve-
rum profari: is protinus exsibilatur & exploditur/
vt hic Eleazarus: atq; vt recte dicit Comicus/ veri-
tas odium parit. Legitur etiam Iōas rex Iuda/ toto
tempore quo superstes fuit Iōiada pontifex vir bo-
nus & timens deum: ambulasse in via domini/ &
quod rectum est fecisse. Postq; autem obiit Iōiada:
ingressi sunt principes Iuda & adorauerūt regem.
qui delinitus obsequijs eorū: acquieuit eis. Et non

Eleazarus.

Therenti⁹.

2. para. 24.

De Regis

solum dereliquit deum declinas ad idolorum cul-
turam: sed & zachariam filium Ioiadæ reprehens-
dætem eius improbitatem/lapidibus obrui iussit.
ob quod: tandem a seruis suis interfactus est. Ecce
in quo mala induxit regem prius bonū & iustū/
adulatio principū eius: cui obsecutus est/ & aures
patefecit. Quocirca summopere curare debet prin-
cipes animo generosi : q̄ hęc funesta lues gnato-
num/scurrarum/histrionum atq; parasitorū (quæ
fere semper regum aulis īcubat ac insidet) cū quis-
busvis alijs leuia lectantibus studia & vanis homi-
nibus: genethliacis/vaticulis/& ex astrorum iudi-
cijs futura euentienibus/procul expellatur. ne suo
toxico animos labefactet:& propinēt poctila mor-
tis. Sic Augustus Cęsar cum i theatro quicq; a mi-
mo diceretur amplam sonans laudem / & illud cū

Augustus.

applausu populus in Augustum presentem refer-
ret: hunc inanem populi planum grauiter compe-
scuit/ ac postridie publico edicto se dominum vo-
cari prohibuit. Alexander etiam Seuerus/ vt adul-
tores eos omnes indignabundus reiecit: qui inter
salutādum caput ei flexissent/ aut blandius aliquid
dixissent. Et merito reiciendi sunt. nam nō regū
quibus abblandiuntur/sed suam querūt vtilitatē:
aut in diuinijs congerendis/ aut epulis lautioribus
habendis. Vnde Diogeni Siracusis olera lauanti:

Aristipp⁹ dixisse legitur. Si Dionysio adulari vel-
les: ista non comederes. Cui preclare respōdit Dio-
genes/ vt author est Valerius. Si tu ista comedere
velles: Dionysio non adulareris. eumq; ob seruile
adulandi cōditionem: canem imperiale vocabat.

Alexander,
Seuerus.

Diogenes.

Aristippus.

Valerius.

Clauſitiam in rege ſummo pere requiri: qua iuſtiū exerceat iudicium / & rectos iudices in ſuo regno conſtituat.

Cap. XIII.



Reclaris virtutibus quæ regiū dia-
dema decorare debent/ merito an-
neſtenda eſt & iuſtitia: magna ad-
modum dignitatis atq; preſtatię/
q; i ſeſe(vt ait Aristoteles) virtutes
cōtinet omnes/ illis ſociali fœdere
iuncta/ & vniuersas pulchro ſecum trahens conſe-
quio. atq; ſecundum Euripidis ſententiā / neq;
heſperus neq; lucifer ita admirabilis eſt: vt hęc in-
clyta virtus. Neq; vlla dabitur alia virt⁹ que vſq;
adeo clarum reddat hominem atq; celebrem: ſicut
iuſtitia. quādoquidē authore Cicerone in officijs/
fundamētū perpetuę cōmēdationis atq; famę eſt
iuſtitia: ſine qua nichil eſſe potest laudabile. Nul-
la itidem datur virtus/ quæ in tantum cōducat ad
tranquillam hominum cōmunicationē mutuūq;
cōuiictum/ atq; iuſtitia: quæ cuiq; ſuum reddat/ &
inter cōtendentes recte diiudicet. & qua adempta:
non amplius rēpublicę ſtabunt aut regna/ ſed ne-
fanda tantum graſſabuntur latrocinia. quēad mo-
dum dicit beatus Auguſtinus libro quarto de ciuī-
tate dei. Remota(inquit) iuſtitia: quid ſunt regna/
niſi magna latrocinia? quia & latrocinia quid ſūt:
niſi parua regna? Quinimo vt ait Cicero/ tāta eſt
iuſtitię viſ/ vt nec illi qui maleſicio ac ſcelere paſcū-
tur: ſine vlla eius particula viuere poſſint. nam &
princeps latronum (inquit) niſi equaliter p̄edam
diuidat: aut interficietur a ſociis/ aut relinquetur.
CPrimū utiq; eius munus eſt/ recte iudicare: & ab
equitatis rectitudine nūq; exorbitare. Quod exakte

Aristoteles.

Euripides.

Cicerō.

Auguſtinus.

Cicerō.

De Regis

quōdam obseruarunt Aegyptiorum reges : qui (vt
author est Plutarchus i apophthegmatis) in sua ins-
titutione adiurabant iudices / ne quid per iniuriam
aliquādo iudicarent : etiam si reges ipsi imperasset.

Plutarchus

Simonides
Themistocles.

Agis.

Cum itidem Simonides poeta iudicium quoddā
iniustū a Themistocle fieri debere exposceret : prae-
clare respondit Themistocles . neq; illū bonū poe-
tam esse posse : si præter numerū modulūq; conciz-
neret . neq; se bonum principem : si præter legem iu-
dicaret . Rursum cum Agidem postremū Laconū
regem parentes rogarent / vt sibi ad quippiam iniū-
sti agendum esset adiutor : aliquandiu contradixit .
Sed vbi vrgere illum sunt aggressi : respōdit . Quā-
diu apud vos fui : nullam tenebā iniustiæ notio-
nē . At posteaq; me patrię tradidistis / huiusq; legi-
bus / iustitia / & probitate pro viribus erudistis : hæc
enitar & non vos sequi . Et quoniam vultis me que
optima sunt agere / optima vero sunt : que iusta fue-
rint / cum homini priuato / tum longe magis prin-
cipi : que vultis agam / que dicitis omittam . Simile

Publius Ru-
tilius.

Cicero.

Themisto-
cles.

est illud Publij Rutilij viri Romani ex senatorio or-
dine responsū : qui cū amici cuiusdā iniustiæ roga-
tioni resisteret / atq; is per summā indignationē dis-
xisset . quid ergo (iquit) michi op⁹ est amicitia tua :
si que rogo non facis ? grauiter & prompte respon-
dit . Immo quid michi tua opus est amicitia : si pro-
pter te aliquid inhoneste & iniuste facturus sum ?
Césuit enim homo ille Romani sanguinis : nequaq;
propter amicos iustitiam violari debere . & quem
admodū veritatem : ita & equitatem amicis omni-
bus iure preferendam . Athenienses item recte sen-
serunt iustitiam pluris q; utilitatem faciendam / vt
author est in officijs Cicerō : quando Themistocles

post victoriā eius belli quod toti Grēciæ cū Persis fuerat/dixit in concione se habere consiliū reipubli Themistocle salutare: quo facile Athenienses totius Grēciæ cles, principatum assequerentur. sed id sciri aut vulgari: opus nō esse. Proinde postulauit/ vt aliquē populū daret: qui cū illud communicaret. Datus est Aristides. Aristides cognomento iustus: ob summā in eo iustitię integratatem atq; rectitudinē. Huic ille dixit secreto: classē Lacedēmoniorū que tota subducta esset ad Cytheum/ clam incendi posse. quo factos frangi Spartanorū opes necesse esset: & maris dominatio haud magno impēdio Atheniensibus cederet. Quod Aristides cū audinisset: in cōcionem cū magna omniū expectatione venit/ dixitq; perutile esse cōsiliū quod Themistocles afferret: sed minime iustū neq; honestū. Euestigio vniuersa cōcio quod equū nō esset: nec reipublicę vtile esse proclamauit. totāq; eā rem quā nec audierat quidem: auctore Aristide repudiauit/ ac protin⁹ Themistocle iussit ab icōpto desistere. ¶ Preterea & iustitiæ est officiū: declinātes ab ea iusto afficere supplicio/ & debita plectere pœna. Qua in re cōmēdatur haud immerito Cābyses Cyri maioris fili⁹ & rex Persa Cambyses rū/ qui cū Sysānē iudicē suū dēphēdisset ob pecus Sisamnes, niā iniustū tulisse iudiciū: pellē corporis illi detrahī iussit/ eāq; in sella extendi vbi ceteri iudices sedērēt. vt eius exēplo discerent recte iudicare: neq; minorib⁹ vnq; corrūpere iustitiā. Volutq; filiū eius Otanem (vt author est Herodotus) statim in patris Otanes. demortui locum substitui: vt primus ipse tam hor Herodotus ridi iudicii sedem occuparet. admonens illū semper memorē esse debere: quo insratū corio tribu Alexander cōscenderet. Alexāder etiā Scuerus imperator Seuerus.

g.j.

De Regis

Turinus.

Romanus/hac in parte egregiā meritus est laudē.
qui Turinū vnū ex aulicis suis munera accipere so-
litū/ q̄ magnæ esse authoritatis apud imperatore
videretur: in foro transitorio ad palum alligatum
fumo necari iussit/precone clamante.fumo puni-
tur: qui fumū vendidit. Est & ea iustitiæ efficacia:

Theopōp⁹

q̄ regna & vrbes optime tueatur atq̄ slabiliat. qđ
non obscure cōtestatus est Theopompus: cum in-
terrogarel/ quo pacto quis regnū securissime tue-
retur.Respondit enim id facile factu esse: si prin-
ceps participes amicos iustæ licentiaæ authorita-
tisq̄ fecerit/ & ne subditi afficiantur iniuria: pro-

Leon.

virib⁹ prouiderit. Insuper Leon Euricratidē fili⁹
teste Plutarcho interrogatus/ quam quis vrbe m ha-
bitans tuto habitaret: probe respōdit. vbi neq̄ plu-
ra incolētes possidebunt neq̄ pauciora: & vbi ins-

Pittacus.

firmitatem roburq̄ accipiet/iniuria vero imbecilli-
tatem ac infirmitatē. Deniq̄ proprium iustitiæ
munus est: cuiq̄ quod suū est distribuere/ nichilq̄
per fraudem moliri/aut insidijs contra ius sibi ven-
dicare. Quod Pittacus Mityleneus insigniter indi-
cauit suo exemplo/ qui cum a ciuibus suis rogar-
tur vt principatum vrbis susciperet: tamdiu illud
sustinuit imperiū/ qđiu bellum de Sigeo promon-
torio cum Atheniensibus gerēdum fuit. Postq̄ au-
tem pax per victoriam parta es/ continuo reclamā-
tibus ciuibus magistratum depositit: ne dominus
ciuitati vltra q̄ reipublice necessitas exegerat/ per-
maneret. Cum etiam recuperati agri pars dimidia
consensu omnium illi offerretur: auctoritatem ab eo
munere/ deforme ratus virtutis gloriam ma-
gnitudine prede minuere. Nonne & insignis fuit
illa Camilli iustitia: qui cum Phaliscos obſideret/

Camillus.

& magister iudi nobilissimorū ciuium eius vrbis
pueros velut abulandi gratia eductos in castra Ro-
manorum perduxisset: vt illis interceptis cogerentur
Phalisci se Romanis dedere. eam execratus pro-
ditionem Camillus: iussit vt pueri vincitum magi-
strum virginis cedentes/ in patriam remitterentur.
Qua iniustitia simul & beneficio victi Phalisci/ qui
armis expugnari non poterāt: vltro Romanis por-
tas aperuerunt. Nec minor fuit Fabricij equitas ac
integritas/ cui cum Timocares Ambraciensis pol-
liceretur se Pyrrhum regem Epirotarum veneno
necaturum per filium suū qui potionibus prēcerat:
si modo digna illi merces cōstitueretur. auersatus
est hominem Fabricius Pyrrhumq; per literas ad-
monuit vt a veneni insidijs sibi caueret: q; Roma-
norum sit/ armis in hostem non toxicō decertare.

David etiam rex iustum exercuit iudiciū in duos
principes latronū Banaa & Rechab: qui Isboseth
filij Saul inter dormiēdū occisi/ caput ad ipsū at-
tulerūt/ sperantes se ab eo/ egregio aliquo munere
donandos. cum eos illico iussit occidi: præcisafq;
manus eorum & pedes suspēdi super piscinam in
Hebron. quo cognoscerent omnes: illam innoxij
viri cædem neq; ipso David authore/ neq; suafore
fuisse perpetrataq;. Tali sane retributione digni
sunt: quicūq; pro scelere perpetrādo prēmium ex-
pectant. ¶ Porro ad hāc præclarām virtutēm (iu-
stitiam dico) capessēdam: grauissima oratione Sa-
lomō in libro sapientiæ principes oēs exhortatur
dicēs. Audite ergo reges & intelligite: discite iudi-
ces finiū terrę. Piębete aures vos qui cōtinetis mul-
titudines: & placetis vobis i turbis nationū. Quo-

Fabricius.

2. regū. 4.

Sapiētię. 6.

g. ii.

De Regis

niam data est a domino potestas vobis / & virtus ab
altissimo: qui interrogabit opera vestra / & cogita-
tiones scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri re-
gni illius/nō recte iudicatis nec custodistis legem
iustitiae: neq; secundū voluntatem dei ambulastis.
Horrede & cito apparebit vobis: qm̄ indicium duris-
simū in ijs qui p̄funt fiet. Exiguo enī cōceditur
misericordia: potentes autē/ potēter tormenta patie-
tur. Nō enī subtrahet psonā cuiusq; de⁹/ nec vere-
bitur magnitudinē cuiusq;: quoniam pūllū & ma-
gnū ipse fecit/ & equaliter est illi cura de omnib⁹.
Fortioribus autē: fortior īstat cruciatio . Ad vos
ergo reges/ sunt hi sermones mei: vt discatis sapiē-
tiā & ne excidatis. Qui enim custodierint iustitiā:
iuste iudicabūtur. & qui dīcierint iusta: inuenient
quid respondeāt. Hęc sapiēs. Idē quoq; ī prouer-
bijs. Rex qui sedet in solio iudicij : dissipat omne
malū intuitu suo. Et iterū. Rex qui iudicat ī veri-
tate pauperes: thronus eius ī æternū firmabitur.
Occurret ī prōptu & alia multa ī eādē sententiā:
huius inclite virtutis fructū ac vtilitatem regibus
prēdicantia.

CQuod iustitiae integritas violatur per incuriam
exercendę punitionis: per cęcam regnandi cupi-
ditatem/ & opum auiditatem. Cap. XIII.



Erum tribus potissimum modis
huius prēclarę virtutis vtpote ius-
titiae synceritas: a regib⁹ violari
solet. Primo quidem/p exercēdæ
in malos punitionis incuriam &
negligētiā : vbi res ipsa presentē
& sine dilatiōe exposcit animaduersiōe. Cū etiā
ppetrata scelera extremo digna supplicio: pecunia

sedimūtur / & euadit reūs crucem: quoniam laxat
 crumenā. cōtra illud domini p̄ceptū in Exodo.
 Maleficos nō patieris viuere. Siquidem hoc pacto Exodi. 22.
 crescit malefaciēndi audacia: cum impunitas aut
 conceditur aut emitur. & fidentius audet grauiora
 scelera: qui sperat pecunia se effugiturum p̄enam
 ac mortem. Insuper huiusmodi indulgentia malo-
 rum / & lenta animi in prauis puniendis remissio:
 plerumq; legitur ipsis principibus multum incō-
 modasse/ intulisseq; mortis violētæ occasionem.
 quando iij qui iniuriam passi sunt & cōquesti illis
 ad quos spectabat punitio/ vidētes nullum esse sū-
 ptum de iniuriantibus supplicium: iram suam cō-
 uerterunt in principes illos/ puniendorum malo-
 rum incurios / & repentina cēde eos obtruncarunt.
 Sic plane cum propinquā quidam Tatij/ consortiū
 regni Romani cum Romulo obtinentis/ Lauren-
 tum legatos contra ius gentium violassent & ēne-
 cassent: Romulus tanti facinoris authores statim
 cōprēhensos censuit puniendos. Sed Tatius ipsos
 (q; sanguine sibi essent cōiuncti) missos fecit atq;
 liberauit: ob quod/ inter ipsis duos discordia eīt
 exorta. Cēsorum autē propinquā videntes se pro-
 pter Tatium omni spe legitimarum p̄enarū esse
 destitutos: ipsum Lauinij vna cum Romulo/ sacri-
 ficio intentum aggressi interemerunt. Romulum
 vero vt virum iultum/ laudatum/ ornatumq; : Ro-
 manam dīmisérunt incolumē. Author Plutarchus:
 in vita Romuli. Haud dissimiliter Pausanias no-
 bilis inter Macedones adolescēs/ cū ad Philippū Pausanias
 regem Macedonum Alexādri magni patrē ſēpe Philippus.
 querimoniā detulisset de graui iuria sibi ab Attal-
 lo illata/ & nichil nisi varias frustrationes/ dilatio- Attalus.

De Regis

nes/ & irrisione sui retulisset: irā in ipsum Philip-
pum vertit, vltionēq; quā ab aduersario non poter-
at. In iniquo iudice exegit. Philippūq; inermem
& sine custodibus noctus euntē ad ludorū specta-
cula in die nuptijs filię suę destinato: improbus
obtrūcauit. vt refert Iustinus libro nono. Secun-
do vero loco dira regni cupiditas leges & iura vio-
lat iustitię: cū quis per cedē & sanguinē ad regnū
arripiendū aspirat/ & hac via emulos regni sustol-
lere querit. aut cū non contētus proprijs regni fini-
bus: ad eos propagādos armis aliena inuadit. Ve-
rum deo vīdice qui res humanas despicit ex alto/
fere omnes qui hac effreni dominādi libidine agū-
tur: tristes tādē sentiūt improborū suorū conatuū
exitus. Nā criminē parta regna ruūt pessum: nec
longo tēpore durāt. Cōpertūq; fere semper est (vt
pclare ait Quintus Curti⁹) nec vllā potētiā scelere
quæsitā cuiq; esse diuturnā. Enim uero Abimelech
cēsis septuaginta suis fratribus/filijs Gedeonis: do-
minatū in terra Israel inuasit. Sed cū aliquādū ex-
ercuisset tyrānidē: fragmēto molę in capite a mu-
liere percussus interiit. Sic Absalon suscitata in pa-
trem suū cōitratione: ambituit ipsius adhuc viuen-
tis regnū. At in acie belliq; cōflictu victus: crinib⁹
suis arbori implexis ac implicatis/ a Ioab tribus
lanceis cōfoditur. Demū Athalia mater Ochosia
mortuo filio suo interfecit ōne scmē regiū suosq;
nepotes: vt sola regni Iuda tractaret habenas. Sed
meritas suę crudelitatis luit pœnas: cū a Ioiada sū
mo pontifice extra tēpli septa duci & interfici est
iussa. Ptolomeus itē Simonis Machabei gener/ vt
principatū regionis Iudeorum obtineret: locerum
splendido cōuiuio exceptū inter geniales mensas

Iustinus

Quintus.

Curtius.

Judicū. 9.

2. regū. 15.

2. regū. 18.

4. regū. 18.

1. mach. 16

& hospitales cū filijs trucidauit. Attamen sua excidit spe: strenua Ioānis (qui vn⁹ ex ea stirpe supererat) virtute repressus. Nullū deniq; scelus est/ quā tūuis atrox & tetrū: quod horreat animus cęca dominādi cupidine exagitatus. nichil item est facinoris & flagitijs: quod nō tentet pręceps/ aggrediatur & audeat. At lōge ab his moribus alienus fuit Lycurgus Lacedēmoniorū legislator iſignis. qui (vt refert Plutarchus in eius vita) mortuo Polydecte fratre suo/ maiore natu: omniū opinione succedere in regnū paternū debebat. Et regnabat quidē: priusq; cōpertum foret defuncti fratris vxorē/pręgnantē esse relicta. At vbi primū hac de re certior factus est: declarauit Spartanorū regnū ipsi⁹ prōlis esse si mascula foret/principatū vero ipse tanq; tutor interea gubernaret. Cūq; peperisset mulier masculū: ipso tum forte cū principibus ciuitatis discubente/& ad eū infans esset delatus vt cōstituerat: illū suscipiens fertur ad astātes dixisse. Rex natus est nobis: o Spartiatę. ac deinde eū in solio regio reclinauit: Charilaūq; nominauit. Admirati sunt omnes qui aderāt: animi ipsius integritatem atq; iustitiam. quā ipse perspectiore reddidit atq; cōpertiorē: quādo adulto iam puerō regnū (cuius hactenus moderationē gesscrat) cū summa fide restituit. E diuerso Astyages rex Medorū cū Cyrū ex filia sua natū exponi iussisset/ne per cū regno (vt timebat) spoliaretur: bello a Cyro victus/regnum quoq; amissit. & in illud incidit malū: quod parricidio vitare voluerat. Cyrus autē cū regni sui metis minime foret cōtentus/& ad Massagetas amnestā transmissō duxisset exercitū: a Tomyri Scytharū regina cū ducētis Persarū milibus in bello cęsus est,

Lycurgus.

Polydectes

Charilaus.

Astyages.

Cyrus.

Tomyris.

De Regis

Eius si super caput in utrē humano sanguine reple
tū iubēte regina est cōiectū: cū hac crudelitatis ex-
proabatione. Satia te sanguine quēstisti: cuiusq;
insatiabilis sēper fuisti. Author Iustinus: libro. I.
Hæc certe sūt humanę fortunę ludibria/hi exitus
eorū qui vel scelere retinere regnū vel acquirere aut
extendere querunt. ¶ Tertio deniq; loco cupiditas
opum & alienę rei possidendę sibiq; vendicandę:
regem plerumq; a iustitię rectitudine reddit aber-
rantem. cum aut graue vectigalium iugum subdi-
tis pr̄ter rationem imponit: aut domum/ agrum
aut p̄dīa cuiuspiam subditorum sibi contra ius
v̄surpat. Nempe exactiones tributorum violentæ/
& dura vectigalia populū opprimentia: & diuino
& humano iuri sunt aduersa/animumq; subditos
rum a regis amore & obseruantia s̄epius abducūt/
quinimmo pr̄bēt interdum populo occasionem
defectionis & discessionis a rege. vt liquido ostendunt
decem ille tribus Israeliticę/a Roboam filio
Salomonis desitentes: q; durus & inexorabilis
nollet immīnuere iugum tributorum/ a patre suo
subditis impositū. Violenta vero vēdicatio alienę
domus aut agri a rege facta: diuinā prouocat irā/
3. regū. 13. armatq; in vltionē. vt Achab rex Israel nobis est
exemplo/qui cum vineā Naboth viri iusti per casumq;
& nefas e medio sublati/sibi v̄surpasset:
dei ab Helia audiuit cōminationem q; eo in loco
quo linxerunt canes sanguinē Naboth/lamberent
& sanguinem Achab. quod sane ipso in pr̄lio in-
3. regū. 21. terfecto/tādem completū est: vt sacra libri regno-
rum refert historia. Hinc regnorū euerſiones se-
penumero propter regum iniustiam pr̄sertim
eam que secūdo & tertio modo iam dicto fit/con-

Iustinus.

3. regū. 13.

3. regū. 21.

3. regū. 22.

tingunt: & transmutationes de principe in principe/
atq; de populo in populum/ quemadmodū
dicit Ecclesiasticus. Regnum de gente in gentem
transfertur: propter iniustias/ & contumelias/ &
diuersos dolos. Hinc cruentē fiunt cedcs/ repentis-
nēq; mortes accidunt eorum qui magistratum ge-
runt iu republica. quemadmodū perhibet scriptu-
ra Aduram principem Roboam qui erat super tri-
buta/lapidibus obrutum esse a populo Israel: ad
quem missus erat a rege/ ut irritatum placaret & re-
duceret in gratiam cum eo. Et licet alijs multis ex
causis/potissimum tamen ob iniustiam regum:
id locum habet & veritatē quod dicit Satyricus.

Ad generum cereris sine cede & sanguine pauci Iuuenalis.
Descendunt reges: & sicca morte tyranni.

Quinimmo iam nomine regis indigni sunt/ & ty-
rānorū appellatione mērito notātur: qui nimiū
graui vestigialium onere aut alienē rei iniusta dete-
tione suū opprimūt populum. Quod satis innuit
Salomon in proverbijs: cū ait. Leo rugiens & vr-
sus esuriens: princeps impius super populum pau-
perem. Et rursum idem. In multiplicatione iuſlo-
rum: lētabitur vulgus. cū impij sumperint princi-
patum: gemet populus.

¶ Quibus modis prēcipue cognoscūtur principes
ad tyrannidem declinare/ & regis nomen iure
amittere.

Cap.XV.



T quoniam rex maiestatem suam
& nominis integratē volens ser-
uare illabefactam atq; incolumē:
maxine sibi cauere debet ne in su-
spitionem veniat tyrannidis/ aut
tyrānicos prēferre mores vidcaē.

De Regis

q̄ ea tetra reipublicæ labes / regiæ gubernationi
omnino sit opposita: & tyrannus omnis nomine
regis est indignus / vt qui munia regis minime ex-
erceat. hic obiter dicendū / quibus modis agnosca-
tur rector ciuitatis aut populi: prolabi ad tyranni-
dem. & amissa regis appellatione / tyranni nomen
assumere. vt qui tam insignem notā sibi inuri nō
volūt (nolle autem debent omnes) premoniti pro-
spiciant ne in illud incident periculum. Primus
vtiq̄ modus est / qui iam in calce precedentis capi-
tis est expressus. cum scilicet regia sceptra gerens /
per iniquitatem & rapinam subditorum bona sibi
vsurpat: ex rapto viuens more accipitrum. Is certe
qui huiusmodi est: nō communitatis / sed propriū
querit bonum. Nō igitur rex est: sed tyrānus. per
propriā utriusq; rationē atq; diffinitionē. Et quo
modo queso iure rex censebitur / qui non habet se
ad subditos vt pastor ad oves: sed vt lupus gregem
dilanians & dissipans: neq; tondere pecus est con-
tentus: sed & deglutire contendit: quod minime
boni principis esse: Tyberius dixit. Quo etiam pa-
tio is nomine regis est merito appellandus / qui nō
se gerit ad subditos vt pater ad filios: sed vt raptor
& latro ad eos quorum opes expilat & diripit:
quandoquidem parentes debent thesaurisare filiis
suis: non eorū bona dissipare aut surripere. Certe
de talibus populi oppressoribus conqueritur do-
minus per Esaiā. Principes (inquit) tui infideles/
socij furum . omnes diligūt munera: sequuntur re-
tributiones. Et rursum alio loco. Vos depastis estis
vincam meam: & rapina pauperis in domo vestrā
est. quare atteritis populum meum: & facies pau-
perum commolitis / dicit dominus exercitus. Et p.

Tyberius.

Esa. 1.

Esaie. 3.

Ezechielem iterū de talibus verba faciens ait. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam: ad effundendū sanguinē & ad perdēdas animas / & auare se fonda lucra. Deniq; Sophonias propheta de ijsdem dicit. Principes eius in medio eius: quasi leones rugientes. Iudices eius lupi vespre: non relinquebāt in mane. Porro hanc prauī regis conditionē iussu domini prædixit Samuel populo Israelitico: vt deterreret eos a petēdo rege/ per quē in miserā erāt seruitutē detrudēdi. Hoc (iquit) erit ius regis: qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet & ponet in currībus suis/facietq; sibi exquites & præcursorēs quadrigarū suarū . & consiliat sibi tribunos & centuriones: & aratores agrosrū suorū/ & messores segetū / & fabros armorū & currū suorū. Et reliqua/continuo orationis contextu ibidē sequētia: manifestā exprimētia tyrānidē. Quę omnia durū seruitutis iugum designare intelligēs populus/ & minime esse expetēda: respōdit Samuel. Nequaq;. Rex enim erit super nos: et erim⁹ nos quoq; sicut oēs gētes. Ceterū quod dixit ante Samuel fore ius regis: nō accipi debet ius/ diuinio indultu illi concessū/ aut secūdū recte rationis legē sibi traditū/ sed ius usurpatū & tyrannico ausu sibi vēdicatū. Quoniam neq; diuino neq; humano iure cōcedit id regi/ quod Samuel dixit eū attētatu: rū: sed solū ab eo cōtra ius & fas usurpat̄/ qui regiā authoritatē vertit in tyrānidē. quēadmodū struūt illius loci expositores. ¶ Secūdus vero modus quo dinoscitur rex ad tyrānidē declinare/ est insolentia animi: i pōpa vestiū/satellitū stipatione/ arrogādis honorib⁹/ aliorūq; fastidio se p̄dēs. cū enī his& cōsimilibus/līmoderate cupit alijs yideri p̄eminere/ &

De Regis

Infra se positos oēs tumido animi fasū dēprimere
ostentans suam maiestatem / & in illa sibi placēs:
videtur aliquid tyrannicum in animo gerere / quo
nō quod aliorū est bonū / sed propriā querit glo-
riam atq; exaltationem. Quod quidē Romulo pri-
mo Romanorū regi contigisse: narrat Plutarchus
in eius vita/his verbis. Secūdis (inquit) rebus elatus
ac tumidus Romuli animus / in sole sc̄ere grauius
cœpit: ac pro populari comitate & affabilitate / ty-
rannicos sp̄iritus & minime ferendam superbiā &
contumaciam sumere. Id primum ex ipso habitu
corporis & vestitu apparuit. Purpura enim ornat⁹
incedebat: & in sede conspicuus sedens dabat popu-
lo iura/iudiciaq; exercebat. Habuit autem lectos iu-
uenes ad custodiām sui corporis. precedebant alijs/
baculis summouētes vulgum/loris etiam accincti:
vt quos iuberet rex continuo comprehensos vincis-
rent, Cūq; senatus ab eo ludibrio haberi videbatur
atq; contemptui / q; eo inscio atq; inuito multa Ro-
mulus ageret: cum subito creptus ex omnium con-
spectu esset iuxta Capreā paludem / nō defuit suspi-
tio: a patribus illum impetu facto disceptū fuisse
in ēde Vulcani. Sic & Alexander magnus rerū ge-
starum magnitudine elatus / cultum Macedonicū
aspernatus: Persico habitu idui maluit. Salutatio-
nes etiam nimis seruiles & obsequiosas sibi exhibi-
beri precepit: qua salutātes corpora sua humi pro-
sternerent venerabundi. Calisthenemq; philoso-
phū illustrem / q; libere hæc reprehenderet: crudeli-
fato suslulit. Deniq; diuinos sibi honores impendi
iussit: seq; Iouis filium & credi & nominari iussit/
Philippum patrem deditnatus. In his certe a boni
regis discessit officio: & ad tyrannicos mores pro-

Romulus.
Plutarch⁹.

Alexander
magnus.

Calisthe-
nes.

lapsus est. Propter quæ, suorū procerū & militum
præsertim Macedonum animos grauiter offendit/
multorum in se cōcitauit odia/& suis prius amicis
factus est inuisus: ut præclare memorat Quintus
Curtius. & tandem celeriore fato absumptus es/ Quintus
Curtius.
venenoq; extinctus: ab ijs quibus odiosus erat/ in
illius exitiū præparato. Deniq; Iulius Cesar quia
se regem salutari passus est: et sella aurea considere
in curia solit⁹, quia sustinuit publice statuis regiū
habentibus diadema insigniri: cōtra Romanę rei-
publicę libertatem, quia senatui non assurgeret/ &
dominandi cupiditate succensus optimatum poter-
statm in vnius principatum commutare vellet/ vt
solus rerum potiretur & sceptra gereret: tyrannicū
aliquid sapere a plerisq; creditus est / coniuratio-
nisq; in se factæ & miserandæ cædis occasionem
emulis dedisse, authore Plutarcho ī eius vita. ¶ De-
niq; tertius & omnium apertissimus modus quo
princeps in tyrannicos mores permutasse animū
conuincitur: est crudelitas & sequa rabies tū in suos
tum exteris, que ferro armata/ in effusionem hu-
mani sanguinis debacchatur: neq; subditorū per-
quirit bonum/ sed exitium atq; interitum. & inno-
xiorum imbuta cruento: tristem illis horreō furo-
re mortem intentat. Quis oro Saul regio nomine 1. regū. 18.
cēlebit dignum: cum eum Dauid genero suo per-
tinacissime persecutionem itulisse usq; ad mortē/ 1. regū. 21.
Achimelechq; sacerdotem summum cū officij sui
consortibus interemisse/ illorumq; urbem ferro &
igni īmaniter vastasse intellexerit ex sacris literis:
Propter quod & exitum habuit tyrāno dignum:
propriaq; manu & impio gladio seipsum in bello
confudit. Quis item Herodē primū putabit īter 1. regū. 31.
Herodes.

De Rēgis

reges habēdūm: cum ipsum acceperit crudeli ferro
Bethleemitos infātes trucidasse/ vt in ipsis Chri-
stum persequeretur/ ob natī regis Iudęorum suspis-
tionem? Qui deinde diuino iudicio ferrum cruentum
in propriam distrinxit domum : & in suos fi-
lios(vt prius in alienos fecerat) rabiem suę crudeli-
tatis demum exercuit. Quis deniqꝫ Syllam prin-
cipis nomine dignum censuerit? qui recuperata re-
publica & oppressis Marianis pulcherrimā victo-
riam crudelitate maxima inquinauit. Octo milia
deditorum in via publica trucidauit/ tabulam pros-
criptionis proposuit/ vrbem ac totam Italiam cę-
dibus repleteuit. Is certe non tam dictaturam q̄ carnif-
ficinam exercuit: ciuiumqꝫ Romanorum & inno-
xiorum proscriptione ac strage totam vrbem labes
factauit. & tandem eum habuit exitū vitę: qui ma-
nifestam dei iram & vindicem in se manum decla-
raret. Taceo alios sanguinarios príncipes/ Neronē/
Domitianum/ Phalarim/ Diomedem Trachium/
& cæteros immanitatis infamia notatos: quorum
nemo tyraanni nomē iure non meruit. Quod si rex
inlytus velit(vt debet) a se alienum facere: in pris-
mis non inhiet bonis eorum qui sibi subiiciuntur/
edoctus ab Aristotele/ q̄ summa bonitas in rege: est
abstinentia a pecunijs & possessionibus subditō-
rum. Non item p̄ se ferat aliquid insolens/ tumidum
aut arrogans supra cæteros: sed equabilitate
morum & facilitate vtatur. Postremum ferinā im-
manitatem & beluīnam feritatē prorsus execretur:
vt se nō minus animo q̄ corporis specie homi-
nem ostendat / neqꝫ putetur hausto poculo Círces
versus in feram aut beluam.


Matth. 2.

Sylla.

Aristoteles.

CA amicitiam & pacem a rege summopere esse exspectendam: ut bellum non nisi necessitate coacto suscipiat.

Cap.XVI.



Vllo autem argumento/clarius se hominem esse rex virtute i signis manifestabit vnq: q si bencuolentia sibi subditos oes/ arctissimoq: amicitie vinculo deuicire studeat/ ut cunctos amet & vicissim ametur ab omnibus. Hoc sane tutissimum est regi presidium & arx munitissima: amor inquam et syncrus affectus ciuium in regem/ ipsum & vere amatum & singulari veneratione colentium. Nec d sum stipatorum agmen/latus regis ambientium: neq: mille armoru genera/neq: valida propugnacula/vscq: adeo tutum illi prestant munimentum: ut charitas & dilectio ciuium in regem. Quae vbi affuerit:nec timenda prodiciones/nec metuenda insidiq: neq: formidada venena. Qui enim locum habere possent illa apud regem:tamen fortis protectio circumuallatum? Interrogatus sane quondam Agasicles rex Lacedemonioru: quo pacto sine spiculatorib: ac satellitibus tuto regnare quis possit/ respondit. si ita suis imperarit: sicuti patres filijs. Nulla autem maior est amoris affectio: q parentu ad filios. Talis igitur esse debet regu ad subditos. Scylurus etiā cū relictis maribus filijs octoginta/ diē esset obiturnus: hastiliū fascē cuiq: offerēs/ ut illum cōfringerēt iubebat. Id autē singulis se facere posse negantibus: ipse singillatim educta hastilia/ omnia facile confregit. Ita docēs illos vbi una esse perseverarent: firmos ac potentes fore. imbecillos autē: si separarēt ac dissiderēt. Author Plutarchus Plutarchus

De Regis

in apophthegmatis ad Traianum. Haud aliter rex
cum subiectis suis concordia amicitia iunctus: insu-
perabili robore munitus est. Sic & Micipsa Numi-
darū rex moritur⁹ filios suos & Iugurthā quē ado-
ptauerat/accitos atq; ad se vocatos: ita admonuisse
scribitur a Salustio. Ego vobis regnum firmū tra-
do: si boni eritis, sin mali: imbecillū. Nam cōcor-
dia paruę res crescunt: discordia maximę dilabun-
tur. Nulla certe maior regni firmitas atq; stabilitas
q̄ ea q̄ mutua bencuolētia regis ad subditos & sub-
ditorum ad regem comparatur. Comprobat etiā
idipsum Salustius in Iugurtha dicens. Non exerci-
tus neq; thesauri/pr̄esidia regni sūt: verum amici,
quos neq; armis cogere/nec auro parare queas: offi-
cio & fide parantur. Accedit illi Therentius. Errat
(inquit) longe mea quidem sententia: qui imperiū
credit grauius esse aut stabilius quod vi fit/q̄ quod
amicitia adiūgitur. Neq; suis dūtaxat astringi cu-
ret rex firmo amicitiae nexu/verū etiam exteris: cū
quibus sācta pacis foedera componat/ bellumq; &
impium martis furorem penitus eliminet. vt non
sonent classica/ non perstrepant arma / nullus tor-
mentorū intonet horror. Siquidem placidam pacē
docent sancta Christi instituta: qui pacificos pr̄edī
cauit beatos/quoniā filij dei vocabūtur. Pacem etiā
terrīs attulit ipse deus pacis & dilectionis cū venit
in mundū:& angelico cantico illam nobis annun-
ciauit. Pacem item omnibus exoptandam edocuit
apostolos : cum aliquam intrarent domū. Deniq;
pacem hinc digressurus suis discipulis sācte est im-
precatus post resurrectionis suę triumphum. Quid
igitur hoc bono p̄estatiū: quod de cœlis emicuit/
& hominib⁹ est communicatū? Quid eo nobilis

Micipsa.
Iugurtha.

Salustius.

Therentius.

Matth. 5.

Luce. 2.

Luce. 10.

Ioan. 20.

quod tota natura hominem etiā edocet: quē nō ad discordias & bella/ sed ad cōcordiam & pacē pro- genuit. Quod vel eo conuincitur argumēto/ quo- niam cum cetera animalia munierit armis quibus se protegant: taurū cornibus/ apros dentibus/ leo- nes vnguisbus/ accipitres aduncō rostro: solum ho- minem nudum atq; in ermen produxit/ tanq; ad humanitatē pacem & benignitatē natū. Præterea in toto nature ambitu atq; vniuersitate id cōpertū habemus: q; nullum animal a sui generis bestia oc- cidi videatur. & vt ait Satyricus: Parcit

Cognatis maculis similis fera, quando leoni.

Iuuenalis.

Fortior eripuit vitam leo: quo nemore vnq;

Expirauit aper maioris dentibus apri:

Indica tigris agit rapida cum tigride pacem

Perpetuam: sequis inter se conuenit vrsis.

An erit igitur homo feris truculentior: vrsis/ leoni- bus & tigribus immanior: vt cognatum sibi natu- re affinitate hominē in bellico tumultu occidat:

Proinde Lycurgum Lacedæmoniū qui ciuibus suis leges tulit/ nonnulli reprehendendum cēsent: q; in illis constituendis belli potius q; pacis ratio- nem habuisse sit visus/ omniaq; instituta ad bellū gerendum retulisse. Numā vero Pompiliū/ secū-

dum regem Romanorum/ laudandum impensius Numa arbitrantur: q; pacis adeo studiosus fuerit/ vt nul- Pompilius

la causa moueri populū ad bellum pateretur. qm̄ pace nichil sanctius nichil vtilius esse: bello vero

nichil execrabilius nichil incōmodius dari posse/ persuasum habuit. Vnde beatus Gregorius hunc

euāgelij locū exponens. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur/ ait. Si dei vocātur filij/ qui pacē faciunt

proculdubio sathanæ sunt filij/ qui pacē confun- h.j.

Lycurgus.

Gregorius.

De Regis

Cassiodorus

dunt. Pacis autem tranquillę in toto regno stabili-
tionē atq; promotionē ad regis pertinere officiū:
testatur Cassiodorus dicens. Decet regalis apicis cu-
ram: generalitatis custodire cōcordiā. quæ ad lau-
dem regnatis trahitur: si ab omnibus pax ametur.
Quid est enim quod principem melius predicit: q
quietus populus/cōcors senatus/& tota res publica
morū honestate predita? Ad hęc. omnes principes
a bello inferendo detergere debet: quod vere nimū
& grauiter dicit Seneca in Hercule furente.

Seneca

Arma non seruant modum.

Non temperari facile nec reprimī potest
Stricti ensis ira: bella delectat crux.

Omitto dedita opera/icōmoda grauissima q̄rē bel-
la fere semper consequūtur: euersiones vrbiū/popu-
lationes agrorū/cedes innocētiū/incēdia/stupra/ra-
pinas & mille alia malorū genera. quę experientia
rerū magis cognoscūtur q̄ librorū lectione: sicut bi-
horrida ingruūt bellorum tonitrua & fulmina/ob-
quę merito debet oēs bellū auersari/execrari & re-
fugere. ¶ Sed nūquid ita predicamus amplectendā
pacē a rege: vt bellū nulla ratione suscipiēdū aſtru-
amus? Absit. Cū em̄ milites sanctū Ioānē domini

Luce. 3.

precurſorē interrogaret quidnā facere deberet vt ſal-
ui fieret: respondit eis. Nemīnē cōcutiatis: & cōte-
ti eſtote ſtipendijs vestrīs. Quę locū exponēs Augu-
ſtinus ait. Quibus ſtipendiū propriū ſufficere pre-
cepit: militare utiq; non prohibuit. Idē quoq; in

Auguſtinus

libro de diuersis ecclesię obſeruationib⁹ ait. Apud
veros dei cultores etiā ipsa bella pacata ſūt: quę nō
cupiditate aut crudelitate ſed pacis ſtudio gerūt/
vt mali coercentur & boni ſubleuēt. Ceterū cū
vita hominū ita nūc ſe habeat/ut bella vitari inter-

dū nequeāt: id censeo agendū/vt & bellū interdum suscipiatur si res ipsa vrget: & pax seruetur semper si fieri potest secundū illud Pauli monitū. Si fieri potest/quod ex vobis est:cū oībus hoībus pacē habentes. Nūq tamen ineatur bellū:nisi vt demū cōpositis rebus/ quiete tranquilleq; viuatur; quod & Cicero in officijs faciūdū monet. Suscipiēda quidem (inquit) sunt bella ob hāc causam: vt sine iniuria in pace viuatur. Et rursum. Bellum autē ita suscipiatur:vt nichil aliud q̄ pax quēsita videatur. At vero ante omnia necessarium est:quod suscipitur bellum/iustum esse/ & ex legitima causa initū: aut ad reprimendam malorum audaciam grassantium depopulationibus in regnum / aut ad tienendam regionem atq; rempublicam ab iis qui opprimere eam tentant. Quod & Ambrosius in officijs sentit: cum ait. Fortitudo quē bello tuetur a barbaris patriam/ vel domi defendit infirmos/ vel a latronib; socios: plena iustitia est. Accedit illi Isidorus dicens. Iustum est bellum : quod ex edicto geritur de rebus repetendis/aut propulsandorum hostiū causa. Porro nulla iustior cēseri debet belli causa: q̄ pro sacra religione tutanda contra hostes fidei/ aut amplificanda per ipsorum ab occupatis Cristianorum sedibus expulsionem. Tale siquidē bellum: ob diuini nominis geritur honorē. & qui eo animo sumperunt arma : prēclaris efferuntur laudib; . Vt Iosue regum Chananorū domitor: & ipsis profligatis terræ populo Israelitico re promissæ distributor. David item / blasphemū in deum gigantis prostrator Philistorūq; & Idumēorū strenuus debellator. Rursū Iudas Machabēus acer pro patrijs legib; cōtra Antiochū dimicator:

Roma.13.

Cicer.

Ambrosius

Isidorus.

Iosue.12.
1.regū.17.

2.regū.8.

1.mach.3.
h.ij.

De Regis

& sacrilegorum diuinum cultum prophanaare vo-
lentium exterminator. Fratres etiam eius & inclyta
1. macha. 3. illa Machabaeorum soboles egregia merita est lau-
dem: quod pro iustitia & legi Mosaica contra gentes
ad mortem usque certauerit. Quam nostra quoque te-
pestate consecuti sunt reges Hispanie & Lusitanię
illusterrimi: qui expulsis orthodoxe & catholicæ
fidei hostibus nouas Christo sedes consecraverunt.
& victoria Christi vexilla crucis insignita signacu-
lo / cōpluribus fixere locis: quos prius vetus infide-
litatis error occupauerat. Quorū insignia gesta quis-
cūque princeps in tam glorioso genere militię imitari
studuerit: bella geret magnopere commendanda/
perpetuaque memoria digna.

¶ Quod abstinentia & sobrietas: regibus ad inco-
lumentatem corporis & mentis mirum in modū
est conducens. Cap. XVII.



Vm mo præterea studio enitēdum
est regi qui seipsum & regnū recte
voluerit moderari: ut abstinentiam
& sobrietatē germanas cognatasque
virtutes sibi domesticas & familia-
res asciscat. Abstinentiam quidem:
ut cibo moderate vtatur ad naturæ necessitatē/
quā nimia nō obruat epularū copia neque exquisita
varietate ledat. cum dicat Seneca quod fastidientis sto-
machi est multa degustare: que vbi varia sunt & di-
uersa/ inquinant nō alunt. Rursum idem. Subtili-
tas animi: ciborum copia impeditur. Accedit illi
Xenophon in vita Ciri dices. Is michi sumēdus
videat cibos: qui neque sono nos oppressos reddat/ ne-
que insanos. et Hieronymus ad Rusticū monachū.
Modicū ac tēperatū cibos: & corpori & aīe utilis ē.

Seneca.

Xenophon
Chrysostom
Hieronymus.

Accedit his Chrysostomus in Ioannē: dicens. In
 deliciis & cōuiuijs nō solū luxus: sed difficultates
 multę & mala deprehēdūtur. Illa nāq̄ satietas: tū
 corporis robur/tum animi mínuit fortitudinem.
 Nec ita fluuialiū fluctuū vis/ripas exedere & con-
 uellere solet: vt delicię lasciuiaq; / bonā valitudinē
 & vires omnes facile subtrahit. Quod si medicos
 p̄cōtaberis: omnium prope morborū causas inde
 ortas inuenies. Vilis & tenuis & simplex mensa:
 bona valitudinis mater est: & nō ad satietatē crapu-
 lari: sanitatis parēs. Demū Cicero in libro de se-
 nestute. Tantū cibi & potionis adhibendum est: vt
 reficiātur vires/nō opprimātur. Idem in Tuscula-
 nis questionibus. Persarū a Xenophōte vīctus ex-
 ponitur: quos negat ad panē quicq̄ adhibere præ-
 ter nasturciū. ¶ Sobrietatē vero studiose etiā sibi
 cōparet rex animo ingenuus: qua ī potu debitam
 seruet mensurā/recta ratione determinatā. quę et
 ad sospitatē corporis & incolumitatē animi/supra
 modū confert. Hāc sane regi summopere necessa-
 riā esse virtutē: innuit sapiēs cū ait. Noli regibus
 dare vīnū: quia nullū secretū est vbi regnat ebrie-
 tas/ne forte bibant & obliuiscātur iudiciorum: &
 mutēt causas pauperis. Quod Philippo Macedo- Philippos.
 num regi accidisse legimus/qui cum vino obrutus
 sententiā sine exacta discussione cōtra viduā tulis-
 set ī iudicio: prouocauit illa in propatulo ab eo
 iudice. Cūq; sciscitaretur Philippus ad quē prouo-
 caret iudicē/cū ipse supremus esset totius prouinc-
 ię iudex: respondit illa libere/se prouocare a Phi-
 lippo ebrio ad Philippū sobrium. Quo verbo ne-
 quaq; irritatus/negociū distulit ī crastinū. & vbi
 digesto iā vino pensiculatiū atq; accuratiū causā

Cicero.

Prouer. 30.

h. iii.

Dē Regis

trutinasset: sententiam tulit pro vídua. Nimirū id
verum esse sepius experimur quod ait sapiens. Vi-
num & mulieres apostatare faciūt sapientes: & ar-
guunt sensatos. Cui consonat illud prophete. For-

Ecc. 19.

Osee. 4.

Origenes.

Hierony.

Valerius.

Masiniſſa.

Catho su-
perior.

niciatio & vinum & ebrietas: auferūt cor. Et illud
Origenis dictum. Sobrietas: omnium virtutum
mater est. E cōtrario ebrietas: omnium viciorum
origo. ¶ Sed age nunc exēplis ostendamus & gra-
uium autoritate virorum: quantam afferat utili-
tatem & animę & corpori/vtracq; p̄dictarum vir-
tutum. Primum id manifestat sacer Hieronymus
contra Iouinianū dicens. Legimus quosdā morbo
articulari podagrę humoribus laborantes: proscri-
ptione bonorum ad simplicem mensam & paupe-
res cibos redactos/conualuisse. Caruerāt enim so-
licitudine dispēsandę domus & epularum largita-
te:quæ & corpus frangunt & animam. Valerius
etiam maximus in eandem accedit sententiam dis-
cens. Fuit illa simplicitas antiquorum in cibo ca-
piendo:humanitatis simul & continentię certissi-
ma index. Nam maximis viris/ prandere & cœna-
re in propatulo: verecundiæ non erat. Nec sane vi-
tas epulas habebant:quas populi oculis subiçere
erubescerent. Erantq; adeo continentię attenti: ut
frequentius apud eos pultis vsus q̄ panis esset. Me-

moratur etiam Masiniſſa rex Numidię, semel tan-
tum in die meridiana scilicet hora/ſtās ante tabet
naculum/cibum sumere solitus fuisse: quo milites
ſuo exemplo ad moderatum cibi vſum forma-
ret. Ob quam moderatissimā temperatię rationē:
centesimum etatis annum cū integra corporis in-
ſolumitate expleuisse legitur. Idē quoq; Valerius
admirandam Cathonis ſrugalitatē p̄dicans ait,

Age si quis hoc seculo vir illustris pellib⁹ hedini⁹ pro stragulis vtatur: tribusq⁹ seruis comitat⁹ His spaniam regat/ & quingentorum assium sumptu trans marinam prouinciam petat/eodem cibo co demq⁹ vino quo nautæ/vt contentus sit:nōne mirabilis existimetur? Atq⁹ ista patiētissime superior Catho tolerauit: quia illum grata frugalitatis con suetudo in hoc genere vitę cum summa dulcedine continebat. Ad hæc/ Scipio posterior cum Numātin⁹ aggressurus multam offendisset in castris Romanorum licentiam & luxuriam: ad illam co ercendam inter cetera constituit atq⁹ imperauit militibus/ ut slātes crudum pranderent obsoniū. cœnarēt autē discubentes panem/ aut simplicē pultē: & carnē assam aut clixam. Author Plutarchus: in apophthegmatis ad Traianū. vbi etiā refert de Alexander magno: q̄ cū Ada regina Carū/ obsonia atq⁹ crustulas per artifices & coquos paratas magnifice ad eū semper mittere dele&taretur: respōdit meliores sibi esse obsonatores/ ad prādiū quidem nocturnū iter: ad cœnā vero prādiū paucitatē atq⁹ mediocritatem. Sed quid multis opus est exēplis: ex probatis authoribus desūptis? Nōne Daniel & socij eius in captiuitate Babylonica ad aulam regiam accīti/ legumina & aquam p̄tulerunt mēse regiae: & vberiorē sapientiæ gratiam ultra suos coetaneos sunt consecuti/ cum decētiore vultus elegantia & decore? E diuerso q̄ noxia sunt regibus ac dam nosa/ duo viciorū monstra hisce duabus opposita virtutibus/crapula videlicet & ebrietas: declarat imprimis Seneca/ ita ad Lucilliū scribens. Refert Alexandri Macedonij exemplum: q̄ Clytum charissimum sibi ac fidelissimum inter

Scipio
posterior.

Alexander
magnus.
Daniel. I.

Seneca.

De Regis

- Iustinus. epulas trāffodit/ & itellecto facinore mori voluit.
Cogita: quas clades ediderit publica ebrietas. Hęc
acerrimas gentes bellicosasq: hostibus tradidit.
Hęc multorum annorū pertinacia/bello defensa
mœnia patefecit. Hęc cōtumacissimos & iugū rez
cusantes: in alienū redegit arbitriū. Inuictos enim
acie: mero domuit. Refert siquidē Iustinus libro
primo|Cyrū cū ad Scythas exercitū traieciſſet: re
licto i castris largo ciboru apparatu viniq: copia/
fugā simulasse. Missus autē reginę Scytharū filius
cū instructo agmine contra Cyrū/vbi castra inue
nit vacua: non hostē persequi militem cōpulit/sed
vino & epulis permisit idulgere. Itaq: Scythis in
sueto vini haſtu & largiore epularū vſu i ſomnū
refolutis/inopinato ſuperueniēs Cyrus: omnes fa
cile trucidauit. Sed & Syracusę in ſecūdo bello pu
nico Carthaginēſiū partes ſecutę/a Marcello duce
Romano capte ſūt: cū ob diē feltū Dianę ciues in
vina & epulas eſſent ſoluti. Noctem enim illā qua
Syracusani illius deę ſacra inter iocos & pateras ce
lebrabant/nactus Marcellus: nō ſolū turrim mœ
nibus adiacentē(qua ante parū cuſtodiā obſerua
uerat/ & ad qua conſcendendā ſcalas cōparauerat)
cepit: verū etiā murum furtim vndiq: armato cō
pleuit milite. Quod nō ante factū oppidanī intelle
xere: q: dies illuxiſſet/ & ſonia a Romanis occupata
loca cōſpicerētur. vt refert Plutarchus in vita Mar
celli. Gręci quoq: Troianā(vt canit Virgili⁹) inua
dunt vrbē ſomno vinoq: ſepultā. Nōne & Holos
fernes a Iudith ſpectabili vidua obtrūcatus eſt:cū
iaceret in lecto nimia ebrietate ſopitus. Eā ob rem
Neruij(vt refert Cęſar libro ſecūdo de bello Gal
lico) nō paſſi ſunt ea tēpeſtate vīnū aut aliud quip
- Cyrus
- Syracusę.
- Marcellus.
- Plutarchus
- Virgilii⁹.
- Iudith. 13.
- Neruij.
- Cęſar.

piam quod ad voluptatū faceret illecebras / suis fī
nibus inuehi: ne vires eorū emollirētur aut enerua
rentur deliciis / & rerū voluptariarū vſu. Eandē ob
causam p̄eppingui homīni & corpulēto ob nimia
faginā cēsores Romani equū adimere soliti sunt /
authore Gellio: quoniā rati sunt illū cū tanto cor-
poris pōdere / ad obeundū equitis munus nequaq; Aulus
esse idoneū. Cūq; in pinguē quēdam & carnosum
militē acerbe maledictis inueheretur Catho ſupe- Gellius.
rior / vt refert Plutarchus in eius vita: interrogauit Catho ſu-
eū quib; in rebus huiuscemodi corpus ciuitati fru-
ctuosum ac cōmodū eſſet futurū: cuius iter guttū
& genna cūcta ſub vētris ditione poſita forēt. De- Diogenes:
mum Diogenes philosphus tyrannos & ſubuer-
ſiones vrbīu/bellaq; vel hostilia vel ciuilia/nō pro
ſimplici victu olerū pomorūq; : ſed pro carnibus
epularūq; deliciis afferit excitari, vt cōtra Iouinia
num agēs teſtatur Hieronymus. Et plane perſpici Hierony.
muſ eos qui in fœdā prolapsi ſunt ingluuiē/edaci
tatem aut bibacitatē: etſi in regio aut imperatorio
fuerint collocati fastigio/nomē ſuū cum perpetua
infamię nota posteris reliquiffe. Qualis fuit Vitel- Vitellus.
lius/tantę quidē voracitatis / vt & ſepiuſ in die ad
ſaturitatē comedérít: & in vna coena duo milia pi-
ſcium & ſeptē milia auiū apponi iuſſerit. Vnde &
probro habitus eſt: & publico ſupplicio excarnifi-
catus tandem/ atq; in Tyberim proiectus. Albinus Albinius.
itē/ tantę dicitur fuſſe edacitatis: vt centū perſica
cāpana/decē melones hostienses/ quingentas ficus
paſſas)quadringēta oſtreā: vna coena deuorauerit.
Demū Maximin⁹ tantę quidē bibacitatis extitiffe Maximiñ⁹.
 fertur: vt vini amphorā vna coena epotaret. Quis
oro hos tres Romanos iperatores / & quoſuis alios

De Regis

moribus illis persimiles: non verius tetra appellari
uerit monstra humanā pr̄ferentia speciem/ q̄ ho-
mines; q̄ pecorum more v̄tri omnino dediti atq̄
obsequentes vixerunt. Abi ciat igitur ea rex: & se
semper hominem esse meminerit.

¶ Libidinem & omnem carnis incontinentiam: vt
exitialem pestem a rege summa cura esse fugien-
dam.

Cap. XVIII.



Augustinus

Rēterea regium diadema: castitate
quoq; adornandū est. quā diffinit
Augustinus virtutem esse: quę sub-
iugo rationis impetū libidinis re-
frenat. Hæc autē v̄sq; adeo ad hu-
manā degendā vitā est necessaria/
vt n̄i hominē suis arcte strinxerit habenis: nichil
ille a pecudū moribus dissentit/ brutescit penitus
ritus ferarū viuit. Hinc domin⁹ per prophetā de
addictis libidini loquēs. Equi (inquit) insanientes
in fœminas facti sunt michi: vnuſquisq; in vxorē
proximi sui hinniebat. Et rursum per os David/
spiritus sanctus. Nolite fieri sicut equus & mulus:
quibus nō est intellectus. Vt igitur a brutorū cōdi-
tione ac idignitate se vindicēt homines/ p̄sertim
qui alijs moderādis p̄funt: illecebrosas carnis fu-
giant summō studio voluptates. De quibus dicit

Cicero in officijs. Nā & voluptates blādissime do-
mine: maiores partes animi a virtute detorquent.
Et idē alio in loco. Maximas vero virtutes iacere
omnes necesse est: voluptate dominante. Rursum
idē in libro de senectute. Dicebat Architas Tarēti-
nus/ nullā capitaliorē pestē q̄ voluptatē corporis/
hominib; a natura datā. Impedit enim consiliū
voluptas rationi inimica: ac mētis (vt ita dicā) pers-

Hiere. 5.

Psal. 31.

Cicero.

Architas
Tarentin⁹.

stringit oculos/nec habet ullum cū virtute cōmerciū. Et paulo post eodē loco. Egregie Plato escam
 maiorū voluptatē appellat: q̄ ea homines capiuntur/ vt pisces hamo. Ad hāc autē luem pestiferā
 declinādā : proponāt sibi regali sceptro insigniti
 exemplū Scipionis Africani superioris. de quo re-
 fert Plutarchus ī eius vita: q̄ cū in Hispania Car-
 thagine expugnata īter captiuas/eximiæ formæ
 virgo nobilis ad eū perducta fuisset/ que omnium
 oculos in se conuerterat ob singularē pulchritudinē
 nis elegantiā: ipse inuiolatā eam custodiri summo
 studio curauit/intactāq; sposo suo Luceio prin-
 cipi Celtiberorū reddidit. Insuper aurū quod parē-
 tes puellę attulerāt/redēpturi captiuā: eidē sposo
 pro munere nuptiali tradidit/ summęq; dotis ad-
 decit. Qua multiplici gratia/vniuersa gens Celtibe-
 rorū euicta: imperio populi Romani accessit. Ipse
 vero Luceius delectu militū habito: cū mille trecē
 tis equitibus intra paucos dies ad Scipionē sub eo
 militaturus rediit. Hoc sane erat egregiū vincendi
 genus/quo vti solitus est Scipio: virtute & benefi-
 centia sibi hostes cōciliare/atq; beneficiorū magni-
 tudine ex inimicis sibi amicissimos reddere. Quo-
 circa hūc vñū ausim in omni virtutum genere(ex/
 cepta semper religionis & fidei synceritate) regib⁹
 exemplū proponere/quod ad amissim imitentur.
 quē vñū nasci voluit natura: vt esset/in quo virtus
 se per oēs numeros diffunderet. quēadmodū dicit
 Valerius. Nichil certe in eo offēdēt non generosū/
 nō memorabile/non præclarū: prēter solā veræ fī-
 dei ac religionis ignorantia. Reliqua omnia ī eo/
 optimo quoq; principe sunt digna: laudisq; & com-
 mēdationis plenissima. Cōmendatur etiā mirifice

Scipio
Africanus.
Plutarchus
Luceius.

Valerius.

De Regis

Alexander
magnus.

nec īmerito/Alexāder magnus: q̄: prostrato Darij exercitu/ cū inter captiuas (captis castris eiūs) c̄ssent Darij mater/eius vxor/ & duę filię iā adultę & nubi les: virgines reginas (vt ait Quintus Curtius libro tertio) Darij scilicet filias excellētis formę/tā sancte habuit: q̄ si codē quo ipse parēte genitę forēt/iuios latas scilicet/ vt sorores. Coniugē autē eiusdēc (quā nulla etatis suę/pulchritudine corporis vicit) adeo ipse non violauit: vt sūmā adhibuerit curā/ ne quis captiuo corpori illuderet. ¶ Ceterū quantū īferat detrimenti illecebroę voluptates/ ijs p̄s certim qui dominatū gerūt in populo: nōnullis patefaciendū est exemplis. Sāson delinitus Qalile illecebris: eius fraude in manus hostiū traditus est/ a quib⁹ excēta tus & in carcere fuit cōiectus. David itē blandimētis voluptatū illectus: adulterio cōiūxit homicidiū. vnde ī grates incidit calamitates : quibus postea pressus fuisse legitur. Salomō autē filius eius/ cū iā canis spargeret caput: exarsit in cōcupiscentiā mulierū/magnūq̄ & vxorū & cōcubinarū gregē congerēs: deū dereliquit/ a quo tāta donatus fuerat sapientia. Sed & Sardanapal⁹/ vir muliere corruptione & omniū maxime mulerosus: nullū de se p̄st̄tit p̄clarū regis officiū. nō ductabat exercitū/nō iura dabat populo: sed inter muliercularū turbā pensa distribuebat. Ob quod miserādo vitę exitu / regno quoq; Assyriorū finē imposuit: & postremus apud ipsos regnauit. vt late narrat Iustinus libro primo. Demū Holofernes princeps militię Assyriorū / cū Iudith memorabilis viduę sperat amplexus: capite obtrūcatur. Neq; quicq; valentius hebetat arma egregiorū principū/ retunditq; v̄ires bellicas & languardias reddit: q̄ effeminatrix virorum libido/ &

Iudicū. 16.

2. regū. 11.

2. regū. 16.

3. regū. 11.

Sardanapa
lus.

Holofernes

Iudith. 13.

dura fortissimorū ducū debe llatrix. Quid referam
 Hānibalem: tantū ac talem ducem: quē non Alpi: Hānibal.
 nē niues nec frigora domuerant: non tot hostiū ex-
 ercitus nec bellī labores fregerant: Campana cor-
 rupit luxuria. Cui vt primū manus dedit victas:
 elāguit pristina eiusvirtus/eneruata est & militum
 eius fortitudo. vt nūq deinceps egregiū facinus in
 bello gesserit: sed anteactas vīctorias hac atra nebu-
 la obscurauerit atq̄ obnubilauerit. Quid itē Mar- Marcus
 cū Antoniū referam: qui rerū gestarū gloria insī:
 gniter emicuit/ad id vscq tempus: quo Cleopatré
 aegyptiorū regine amore ac illecebris capt⁹ est. hęc
 enim illi suprema fuit labes & vltimū exitiū: quę de
 stulto iſanū fecit/ & illū pariter ac seipsā misere pd̄
 dit. Nēpe philtris suis & beneficijs amatorijs qua-
 si poculis Circes vscq adeo animū illius labefacta-
 uit: vt repudiata Octauia muliere probatissima/ ac
 elegantis forme/Augustiq̄ cesaris sorore: perpule-
 rit ipsū in suas nuptias tedaſq̄ iugales/ quę inau-
 spicato nimium & sinistris auibus sūt peractę. Ex
 illis em⁹ suscitatū est incendiū belli ciuilis inter An Augustus
 toniū & Octauiuū: illi merito ob repudiatā gratis
 sororem infensum. In quo apud Actiū Epiri pro- cęſar: qui et
 montoriū(vbi nūc est Nicopolis) nauali cōgressio
 ne gesto: ipsa Cleopatra potissimū causā preſtitit/
 q̄ superatus fuerit Antonius. Siquidē cū adhuc pu- Actium
 gna eſſet vtrinq̄ equa: naues sexa ginta Cleopa- Epirus
 trę q̄ post magnas naues collocatę erāt/ sublatis ve-
 lis & per medios pugnātes fugā arriputere/ suorūq̄
 ordinē perturbarūt. Quod conspicatus Antonius
 vt mentis inops/ posthabitū omnibus/ & ijs qui pro
 ipso pugnabāt proditis ac destitutis: in quinquerē-
 mem defiluit/ nolens illā sine se diffugere, quasi in

De Regis

ea simul vitueret & moreretur: verūq; in se ostendēs vulgatū illud verbū amātis animā in alieno viuere corpore. Postremū vbi Antonius in Aegyptum fuga delatus/se naualib⁹ copiis pariter & terrestribus destitutū vīdit/que ad hostē proditione defecerant:id postremū cōquiclus q̄ fortissimus quondam imperator & bellica laude clarissimus/a muliere superatus esset: neq; vnq̄ p̄eclarū aliquid ges̄ siffet postq̄ illius fuisset implicatus amoribus: ne viuus in c̄esaris manus incideret/sibi ipsi mortem cōsciuit/proprioq; gladio pectus traiecit. Hic existens Antonij fuit/primū quidē fortunati ac demū miserrimi: q̄ omnē eius splendorē partūq; decus/ voluptatū mollities prorsus extinxerit. vt diffus⁹ refert Plutarchus in eius vita. Sic sane tristis ac fūnēsus esse solet illorū exitus: qui libidinū retibus se sinunt illaqueari: vt omnia sua tandem & seipso perdāt. Insuper Virgilius poeta clarissimus Dido nem Carthaginēsiū reginā āteq̄ correpta esset insano amore Aeneę: intentā sedulo fuisse cōstruēdē vrbī atq; regni totius administrationi/ita describit.

Plutarchus

Dido.

Virgilius.

Aeneas.

Talis erat Dido:talem se lāta gerebat
Per medios/instans operi regnisc̄ futuris.
Tum foribus diuq; media testudine templi
Septa armis/solioq; alte subnixa resedit.
Iura dabat legesq; viris: operumq; laborem
Partibus equabat iustis/aut forte trahebat.

Postq; vero graui amoris vulnere sauciata fuit/ Aeneāq; deperijt: eandē egregia illa opera ītermisſe & vesano indulſiſſe amori/hoc īſinuat carmine.
Sola domo mōret vacua/stratisq; relictis
Incubat: illum absens absentem auditq; videtq;.
Non cōptæ affurgunt turres/non arma iuuentus

Exercet: portusve aut propugnacula bello
 Tuta parant/ pendent opera interrupta/mineq;
 Murorum ingentes/ æquataq; machina cœlo.
 Quo quidem exemplo egregius poeta cūctos vult
 admonitos: prēclara opera recte inchoata/ per amo
 ris insaniā & libidinē omnino labefactari/ decide= =
 re/ ac pessum trahi. Demū Iustinus libro. i. refert/
 Lydios prius armorū gloria prēstātes/ postq; volu
 ptatibus vacare cœperūt: factos ignauos pr̄fus/ se= =
 gnes/ ac vecordes/ nichil deinde egregiū i re bellica
 gessisse. Interiecto (inquit) deinde tēpore/ occupato
 in alijs bellis Cyro: rebellancere Lydij. Quibus ite= =
 rum vīctis arma & equi adēpti: iussiq; capponas/
 ludicas artes/ & lenocinia exercere. Et sic gens in= =
 dustria quōdā/ potēs/ & manu strenua: effēmina= =
 ta mollitie luxuriāq; virtutē prīslīnā perdidit. Et
 quos ante Cyrū inuictos bella prēstiterāt: in luxu= =
 riā lapsos ociū ac desidia superauit. Hæc satis su= =
 perq; ostendūt nichil regi ad ardua virtutū officia
 egregiaq; opera aspirāti/ nocētius esse: q; blandas
 voluptatū illecebras. quibus inescatus: durā serui= =
 re cogitur seruitutē/ & iglorius qūū trāsigere. necp
 regiā amplius obtinet libertatē: sed misera captivit
 ate detētus/ pessimorū seruus est dominorū. Po
 stremo ob illatas mulieribus contumelias/ raptus/
 aut stupra: plerūq; cōtigisse legūtur euersiones vr= =
 biū/ exactiones regū/ exterminationes populorū/
 incēdia/ cēdes. vt nullū fere iueniatur aliud malū:
 a quo grauiora emerserit hominib; vrribus aut Troia.
 populis incōmoda. Mōstrat id cātatissimū Troiq; Helena.
 excidiū: ob Helenam raptam a Paride post decē= =
 niale bellū/ tandem expletū. Monstrat & Tarquinij
 superbi a regno Romano expulsio: ob violatā Lu=

De Regis

cretiā illi & filijs illata Nōne Sichimīte filijs Iacob ad internitionē cēsi sunt & deleti: ob Dīnā corū sōrōrem raptā ad stuprū? Nōne & tribus Beniamin fere tota gladio cēsa est igneç & ferro vastata: propter ignominiā vxori leuitę irrogatā? Cecidit etiā Amnō fratri sui Absalon mucrone inter epulas cōfossus: ob illatū sororieius Thamar stuprū. Occurrent & alia passim hui⁹ rei exempla: & in sacris & antiquorum historiis: quę nos cautiōres reddere de bent ad reprimendā libidinē ex qua tot & tanta oriuntur discimina.

¶ Quod ocium/ summa cura fugiendū est a rege: et occupatio illi in eruditorū virorū familiaritate/ aut historiarum lectione querenda. Ca. XIX.



Voniam autem ciborū intemperies & largior equo vīni vīsus/ foimenta libidinis: & ipsa etiā libido cum vires in animo ex indulgentia acceperit/ ocīū solent inducere. quēadmodū etiā e dīnēs/ ocīū ministrat alimenta & somitem insidiosę voluptati. haud minore opera deuitandnm est preclaro regi ocīū/ vacatioç ab honesto officio/ cum id p̄stari debeat: q̄ supradicta viciōrum portenta. vt viz rulentę radicis fugiatur & ramus venenosus: aut ne succret cat pestilens fructus/ succidenda est virosa radix. Multā enī maliciā (vt ait Ecclesiastic⁹) docuit ociositas. Et quēç nostrū preclare monet Catho. Nec somno deditus esto. Nam diuturna quies vīcijs alimenta ministrat. Et certe totus naturę ordol a sūmo rerū authore/ pulcherrimo tenore disposit⁹ explodit ocīū/ & proclamat ipsum penit⁹ eliminari debere. Siquidem corpora coelestia: suos irrequieta

Gene. 34.
2. regū. 13.

Iudicū. 20

Eccī. 33.

Catho.

vertigine agūt cursus. Sidera oīa statas ortus & occasus seruāt vices: & decretā motionē. Inferiora itidem & sublunaria corpora sua exercent munia: & quodq; suū exequitur op⁹/ cui natura destinatū est. Solus homo rationis particeps/ ab hac ordinatissima lege exorbitat: neq; eo ad quod natus est fungitur officio. sed inertī obtorpescēs ocio: desciscit ab hoc pulchro totius naturæ fœdere. Sed et deuitā diocij audiatur documētū/ a natura accipitri inditū: & authore beato Ambrosio libro quinto hexameron/ per accipitrē nobis traditū. Accipitres (iquit) ferūtur in eo durā aduersum proprios fœtus habere inclemētiā/ q; vbi eos aduerterint tētare volat⁹ primordia: nidis ei ciūt/ cōtinuoq; eliminat. ac si morētur: propulsat pénis atq; prēcipitāt/ verberat alis/ coguntq; audere quod trepidat: nec ullū postea deferunt his munus alimonię. Et paulo post sub Documētū
neftit huiusc rei causam. Cauēt(ait) ne in tenera virtutis: p
etate pigrefcāt/ ne soluātur delicijs/ ne marcescant accipitres
ocio: ne discant cibū magis expectare q; querere/ ne homini da
naturæ suę deponat vigorē. Intermittūt studia nūtū.
triēdi: vt in v̄sus rapiēdi audere cōpellat. Ecce docet hoc suo instituto natura parētes: q; filios in tene
ra etate non sinant inertia clangues cere/ sed ad alis
quod op⁹ quo vietū queritēt tēpestiue accōmodet.
Docet & reges: vt a militibus & subditis ociū p vī
ribus propulsent/ & ad honestā aliquā actionē eos
adigāt. Docuerūt idē & Massiliēses/ a Valerio ma
iore in modū cōmēdati: q; ociosis & inertibus nul
lū in ciuitate locū permiserint. Massilia (inquit) ci
uitas omnibus qui per aliquam religionis simula
tionē aliimēta inertie querūt: clausas portas habet/
mendacē & fucosam superstitionē: summouendā
i.j.

Ambrosius

Documētū

virtutis: p

accipitres

ocio: ne

homi da

naturæ

suę deponat

vigorē.

Intermittūt

studia nūtū.

triēdi: vt

in v̄sus rapiēdi

audere cōpellat.

Ecce docet

hoc suo instituto

natura parētes:

q; filios in tene

ra etate

non sinant

inertia clangues

cere/ sed ad alis

quod op⁹ quo

viētēt tēpestiue

accōmodet.

Docet & reges:

vt a militibus

& subditis

ociū p vī

ribus

propulsent/

& ad honestā

aliquā

actionē eos

adigāt.

Docuerūt idē &

Massiliēses/ a

Valerio ma

iore

in modū cōmēdati:

q; ociosis &

inertibus nul

lū in ciuitate

locū permiserint.

Massilia (inquit)

ciuitas

omnibus qui

per aliquam

religionis

simulaz

tionē

aliimēta

inertia

querūt:

clausas portas

habet/

mendacē &

fucosam

superstitionē:

summouendā

i.j.

Massilia.

Valerius.

De Regis

Romanī.
Chaldeī.

esse existimās. Senatus quoq; Romanus (vt idem
ait) Chaldeos qui fallaci siderū interpretatione mē
dacijs questū sibi cōparabant: vrbe propellēdos cen
suit. q; inertes & ociosi: reipublicę plurimū incom
modarēt. Cōmendat quoq; idē author Athenien
ses/vbi de iſtitutis agit antiquis: apud quos (inquit)
inertia lāguore marcens/in forū perinde ac delictū

Atheniēſes

aliquod pertrahitur/ fitq; vt facinorosę: ita erubea
ſcendae rea culpe. Eiusdē vrbis & sanctissimū con
ciliū Ariopag⁹/ quid quisq; Atheniēſiū ageret/ aut

Ariopagus

quonam quēſiū ſuſtentaretur: diligentissime inqui
rere solebat. vt homines diſtrictā ſue vitæ rationē
reddēdā eſſe memores: honestatē ſequerent̄. Quod
quidē ſūmopere laudabile iſtitutū/ ſi in omnibus
cuiusq; regni vrbibus & agris obſeruaretur ad vn
gnē/ vt deberet: non tanta eſſet ociosorū/ furū/ & ex
rapto viuentiū hominū eluuies/ qui pulchrā reipu
blicę faciē cōmaculāt atq; deformāt. Hinc imma
nia perpetrātur ſcelera: nutrice desidia ſuſcitata/ &
ex noxia pigritię radice primū pullulantia. que &
corpus pariter & animū eneruat ac erodit: perinde
atq; rubigo ferrū/ multorūq; (quod ſatis repeti non
potef) eſt cauſa malorū. Proinde Salustius in Caſ
tilina recte monet: tam exitiale malū ſtudioſe fu
giendū/dicens. Non votis/neq; ſupplicationibus
muneribusq; : auxilia parātur deorū. ſed vigilādo
agendo/bene cōſulēdo: oia proſpere cedūt. vbi ſe
cordiq; atq; ignauiae te tradideris: nequaq; deos im
plores/ irati em̄ infenſicq; ſunt. Quā noxiū autē ſit
rebus publicis ocium & ſecuritas/ vel vnū Romanę
ciuitatis exemplū ſatis demonstrat: que ocio prius
atq; iertia/q; armis decidere cœpit & ſubuerti. Cū
em̄ in ſenatu diſceptatio ſiceret/excidenda ne ferro

Salustius.

esset Carthago in tertii belli Punici tumultu: Scipio Nasica vir prudentissimus suasit eam minime delendam/ ut superesset hostis qui excendit arma Romanis prestaret materiam/ & solicitudinē incuteret. ne sublata vrbe emula: prolaberetur ciues in ocium & gratia vicia ipsum consequentia. Qui si persuasisset: non irrepissent in urbem voluptates luxus/ocia/ambitiones/ ciuiles discordiae/ quibus ante subuersa est illa vrbs domina gentium: q̄ ab exteris. Quod & sacer Augustinus primo libro de ciuitate dei phibet. Deleta (iquit) Carthagine/ magno scilicet terrore Romane reipublice depulso & extincto/ tāta de prosperis reb⁹ orta mala cōtinuo subsecuta sunt: vt corrupta diruptaq; cōcordia/ pri⁹ sequis cruentisq; seditionibus/deinde mox malarū connexione causarū bellis etiā ciuilibus: tāta strages ederentur/ tatus sanguis effunderetur/ tāta cupiditate proscriptiōnū ac rapinarum ferueret immanitas: vt Romani illi qui vita integriore/ mala metuebant ab hostibus/ perdita integritate vitæ crudeliora patrētur a ciuib⁹. Hęc ille. Itaq; hoc tam perniciosum cum hominibus tum regnis/ exitiā leq; malum (ocium dico) rex nobili animo ad virtutem aspirans/pro viribus a se propellat: honesto alicui negocio atq; operi semper intentus. Nō chartis lusorijs/nō turpi alearum ludo oblectetur: aut occupetur vnq;. quoniam hęc & cōsimilia forutorum ludorum genera/maxime nutriūt ocīū: imino sunt ipso ocio magis excranda atq; abiūciēda/ob granissima quae inde succrescūt & illis fere sēper annexūt icōmoda/iracūdiā/deierationes/ cupiditatē/iurgia/et cetera id genus vicia: sine quisbus hi ludi vix vnq; exercen̄t. Delectet potius regia

Scipio
Nasica.

Augustin⁹.

i.ij.

De Regis

maiestatis pro amenia animi laxatione: aut familiari doctorum virorum colloquio/ aut iocunda rerum quondam gestarum lectione. ¶ Enim uero praeclarus & illustres principes/ eruditiorum virorum cotubernium plurimi semper fecisse leguntur: ipsosque in sua familiaritatem studiose asciuisse. Siquidem Scipio Africinus superior/ Ennio poeta familiariter usus fuisse dicitur: ipsiusque monumentum in suorum maiorum sepulchro reponi voluit/rat ipsorum nomine illustrissimanti viri imagine futurum. Archelaus Macedonius rex/ Euripidis poetae clarissimi familiaritate plurimum delectabatur: quem & ad coniunctionem sepius & mutuum colloquiū acciuit. Cumque ab illius cena respondens Euripides a canibus dilaceratus esset: tam indignam mortem grauissime ferens Archelaus/ quippe iussit capillos sibi & barbam in testimonium doloris abradi. Octavius cesar Virgilio/ Horatio/ aliisque doctissimis viris sui temporis (cum & ipse esset eruditissimus preclarus) mirum in modum oblectabatur. Vespasianus ite & Titus/ Iosephi statuam cum libris antiquitatibus & de bello Iudaico in Romana bibliotheca collocarunt: ipsumque in maximo precio semper habuerunt. Asconius etiam Pediani doctissimi familiaritate: Titus admodum delectatus est. Traianus Plutarchum preceptorem suum eximiusque eruditissimum sumopere coluit. Antoninus Verus imperialis insignitus diadema: Apollonium philosophum & Sextum Plutarchi nepotem / legentem assidue audiuit. Frontonis quoque preceptoris statuam: honoris causa in senatu collocauit. Demus Alexander Seuerus ad compositionem republicam vicio superiorum principum labefactata: adiutores habuit Iulium Frontinum virum doctrina prestantem/ Vlpiianum itidem & Paulum

Scipio.
africanus.
Ennius.

Archelaus.
Euripides.

Octavius.
Virgilii.
Vespasianus.
Titus.
Asconius.
Iosephus.
Traianus.
Plutarchus.
Antoninus.
Apolloni.
Sextus.
Alexander
Seuerus.
Iulius frontinus.


iure cōsultos/ & legū ciuiliū peritissimos: quorum ^{Vlpianus,}
 etiā familiari colloquio iucūdissime vtebatur. nō= ^{Paulus.}
 nūq & libros officiorū Ciceronis (cū daba ē ocīū) ^{Historiarū}
 studiose lectitabat. Porro historiarū lectio magnū confert adiumentū ad ocij deuitationē: & plurimū lectionem
 affert doctrinę. q̄ per hāc priscis sēculis res gestæ: magnę esse
 ac si p̄senti gererentur tēpestate/ cognoscuntur. & vtilitatis.
 ex ijs velut speculo quodam oculis oblato: quid fa-
 ctō opus sit/ m̄es prouida perspicit. Quid enī ma-
 gis hominē vel deterret a vicijs/ aut animat ad vir-
 tutē: q̄ h̄istorica narratione intelligit eos qui in-
 stitiā & honestatē coluerūt/ letos semper & optatos
 habuisse rerū suarū exitus? Prauos autē/ versipelles
 sanguinarios/ & sardanapalicos: infelici fine dies
 suos clausisse? Nichil deniq̄ inuenias quod cū vtis-
 litate coniunctā habeat adeo syncerā voluptatē: vt
 historiarū cognitio. per quā atīquis sēculis res per-
 acte/ haud minus a nobis habētur perspecte: atq̄ si
 illa fuissimus tēpestate. & que vno tēpore ac loco
 cōtigerūt in angusto orbis angulo: in omne tēpus
 & omnē locū/ totūq̄ per orbē extendūt. Est enī
 historia (vt tradit Cicero) tēporum testis/ veritatis ^{Cicero.}
 lux/ vita memorię/ vitę magistra/ nūcia vetuslatiſ.
 Cuī⁹ prima lex ē: ne quid falsi dicere/ deide ne qđ
 veri tacere audeat. vt neq̄ suspicio gratię sit in scri-
 bēdo: neq̄ simultatis in subticēdo. Est etiā histo-
 riārū & annaliū notio/ cū omni hominū generi tū
 principib⁹ & ijs qui ad rerū publicarū moderamē
 assumūt: in primis necessaria. Nēpe per rerum
 quondā gestarū memoriam/ viri solertis prudētia
 dubijs in rebus instruitur: quid potissimū sit faci-
 undū. & prius actorū recordatio: similiū consilio-
 rum admonet/ aut ab eis dehortatur. quinimo p̄e-
 j. iij:

De Regis

teriti ratio: scire futura facit. Neq; certius speculū vllum est in regnis ac ciuitatibus gubernandis: q; historiale/ quo pr̄teritis futura cōferimus. sine cui⁹ inspectione: neq; princeps neq; magistratus in res genda rep̄ublica/ sagax/ prouidus & solers esse pos terit: q; idoneo careat directore.

¶ Quod liberalitas & magnificētia/ in splendore honestorum sumptuum consistens: magnopere principem decet.

Cap.XX.



Eq; pr̄terminnittēda est liberalitas atq; munificētia i subleuādis alio rū necessitatibus: a rege generosa indole nobilicq; mēte pr̄dicto. qui immo studiose amplectenda atq; exercenda: in egenos & pauperes. quoniā ea virtus/ deo ante omia est gratissima : vt per quā hoies beneficā illius largitatē in oēm creaturā proxime imitētur. Grata est & hoib;: qui libe ralitati & erogationi ad propellendā indigētiū ino piā assuetos/ & cōmēdatiōe prosequūtur & amore. Cōmēdat plane tā pr̄clarā virtutē natura suo exē plo: quod mutis ididit aialib; & pr̄sertim offrāge/ aui ex aquilarū genere: sed que nobilitate dis ginateq; longe ab aquila exceditur/ inferiorq; est. Hēc siquidē pullū ab aquila repulsum vt degenerē q; intrepida oculorū acie solis radios nō ferat: cum summa humanitate suscipit/ & cū proprijs enutrit pullis/ alimoniamq; & nidi cōmunionē illi atq; si sua esset fetura: impēdit. Quod Ambrosi⁹ in quin to libro hexameron attestatur: vbi de aquila locut⁹ quo pacto alterū abiūciat pullū/ cōtinētibus oculis iubar solis trepide cōtuētē: protinus subnectit. Hāc tamē (vt quibusdā videtur) regalis auis inclemētiā:

Natura
offrāge

Ambrosius

plebeię auis excusat clementia. Atis enim cui fulica nomē est/ que grece dicitur phene/ susceptū illū siue abdicatum siue nō agnītū aquilę pullum: cum sua prole cōnectit. atq; intermisces suis: eodē quo proprios fētus maternę sedulitatis officio/ & parī nutrimentorum subministratiōne pascit & nutrit. Quā autem Ambrosius fulicā vocat & phenē: alij authores etiam probati appellant ossifragam. Sed quocunq; dicatur nomine auis illa: alienum pullū & suo collocat in nido/ & fedula cura/conuenienti pascit alimēto. Nos igitur fratres nostros & naturē cognatione propinquos abiiciemus: neq; illos dignabimur hospitio: aut fraudabimus integrumēto ac alimento? Frange (inquit propheta) esurienti panem tuum: & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudum/ operi eum: & carnem tuam ne despixeris. Cōmendat eandē virtutē & sa piēs cū ait. Fōneratur domino qui miseretur pau peris. Laudabilis sane & lucrosa est illa fōneratio: qua pro tēporalium impēdiis eterna bona recipiūtur/ p perituris perpetua/pro luto aurū purissimū. Et sūma veritas in euāgelio cōtestatur/ q; beati sūt misericordes: quoniā ipsi misericordiā consequētur. Cui accedit propheta: in psalmo dīcēs. Beatus qui intelligit super egenum & pauperē: in die mala liberabit eum dñs. Cōsonat his & beatus Hieronymus: ita scribens ad Nepotianū. Nunq; legi aliquē mala morte periisse: qui libēter exercuit opera chas ritatis. habet enī multos intercessores: & ipossiblē est preces multorum non exaudiri. Et ab Augustino/ sola eleemosyna esse comes defunctorū: nō minis vere q; præclare dicta est. E diuerso q; displi cet deo animus durus & immisericors: dilucide

Esa. 58.

prouer. 11.

matth. 5.

Psal. 40.

Hierony.

Augustin⁹.

i. iiiij.

De Regis

- Prouer. 21. explicat sapiēs cūm ait. Qui obturat aurē suam ad clamorē pauperis: & ipse claimabit & nō exaudieſ. Iaco. 2. Et Iacobus in sua epistola. Iudiciū sine misericordia fiet ei: qui nō fecit misericordiā. Hęc etiā splēdida virtus cultores suos/celebres reddit: & nominis claritate posteritati notos. quod cōpluribus exemplis cōprobat Valerius libro quarto: & in pris mis Fabij maximi qui tēpore secundi belli punici captiuos ab Hannibale interposita nummorū pazaetione receperat. Qui cū a senatu nō p̄estarētur/q̄ ipso incōsulto illa conuentio inita fuerat: missō in vrbē filio/fundū quem vnicū possidebat vendidit eiusq̄ preciū Hānibali numerauit. Se enim patrimonij: q̄ patriā fidei/inopē esse maluit. & captiuorum sortē miseratus: eos diutius erūnosa captiuitate detineri nō sustinuit. Et hoc idē memorabile est exemplū/ostendēs datā fidē etiā hostibus esse seruādam: vt capite huius libelli duodecimo superius est diffuse propositū. Rursū circa eadē tēpora mulier Appula nomine Busa (quā Liuius dicit Paulā suis se coguominatā: sed patria Busam/ id est Carthaginiēsem) clara genere atq̄ diuītis: ad decē milia Romanū ex Cānensi clade superstītū m̄cēnibus tantum teatrisq̄ a Canusiniſ excepta/frumēto veste ac viatico iuuuit: atq̄ intra Canusina m̄cēnia alimētis sustētauit. Pro qua munificētia/pfēcto bello: postea ei a senatu honores sunt habiti. Deniq̄ Hiero rex Syracusanorū eodē ferme tempore paulo post cladē Romanis illatā ad Thrasymenū lacū: misit p legatos suos vrbi pro munere trecēta milia modiorum tritici/ducēta hordei/auricq̄ ducēta & quinqua ginta pondo. magnopereq̄ rogauit: ne illa donaria Romani accipere abnuerēt. Demū laudatur ab

eodē Valerio Gillias Agrigētinus q̄ esset opibus excellēs/sed multo etiam animo q̄ diuitijs locuple Gillias.
 tior: semperq; in erogāda potius q̄ cōtrahenda pes cunia occupatus/adeo vt domus eius quasi quedā munificentię officina crederetur. Obseruauit vtiq; vir ille insignis: prēceptū illud Ecclesiastici. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendū: & ad dandum collecta. omnibusq; ad idē obseruādū exēplo fuit. Quid Tītū Cēsarē Vespasiani filiū cōmemorem⁹: Tītus cēsar vñq; adeo ad erogāda liberaliter munera prōptū: vt increpatus aliquādo a familiaribus q̄ nimiū in dando profusus esset/ & nemini quicq; denegaret/ generose respōderit: neminē a conspectu prīcipis tristē abire debere. Propter quā beneficētiæ gratiā & ceteras virtutes quę iſigniter i eo effulserūt: ipse amor & delicię humani generis dicit⁹ est/ & ob immaturā mortē publico luctu defletus. Haud dissimilis illi in liberalitatis studio atq; officio/ fuisse legitur Tyberius secūdus imperator: in pauperes admodū munificus/ & ad impariendas eleemosynas prōptus. Qui depositis subinde tribus lapidibus pauimento sui palacij uno sub alio iñstratis/ & viuifica signatis cruce/ne sacrū illud signaculū pendib; humanis obtereretur: imēsum sub eis inuenit recōditū thesaurū. Aperta quoq; cisterna (quā Narses procurator imperij foderat: & amplis op̄ pleuerat thesauris) vt monuerat senex vnus/solus illius rei cōscius: magnū ibidē auri & argēti aceruum inuenit) & largiter eundē in cogenos dispartizuit. Inde subiectus est ad imperij Romani fasces/ & deuictis hostibus authore deo/ qui in ipsum insurgebant: copiosis eorū spolijs potitus est/ illisq; ad maiore in pauperes beneficētiā vñs. Ostendit

Eccl. 4.

Tyberius
secundus.

Narses.

De Regis

ille suo ipsius exemplo: plane verū esse quod ait saz
piens. Alij dinidūt propria: & ditiores fiunt. alij ra-
piunt nō sua: & semper in egestate sunt. ¶ Precla-
ra insuper liberalitatis est pars: supremi funeris of-
ficiū mortuis impēdere/ illosq; decēti honestare
sepultura/ & studiose terra condere. Quo in genere
cōmendatur merito Thobias ille senior: qui mirā
impēdit sepeliendis mortuorū corporibus sedulita-
tem. Cōmendantur & nobilis ille decurio Ioseph
& Nicodemus: q; sacratissimū Christi corpus hos-
noratissime sepulchro reposuerūt. Neq; Hānibali
cadem in re detrahenda est laus merito debita: qui
Marcelli ducis Romani insidijs intercepti demor-
tuum corpus detracto dūtaxat annulo/ splēdide ac
magnifice ornatū cremauit. Postmodū argētea in
vrna cineribus cōditis coronam imponēs auream:
Marcelli filio mittere curauit. Insuper Alexander
magnus nō mediocrē meretur laudem: q; mortem
vxoris Darij illachrymatus sit/ & eius exequias be-
nigne prosecutus/regalique pōpa sepeliendā curau-
rit. Exacto deinde aliquāto tēpore/ idē viso corpo-
re Darij defuncti (qui a suis vīctus: & multis vul-
neribus cōfossus interierat) tam indignā illo fasti-
gio mortē lachrymis prosecutus est: corpusq; ipsi⁹
regio more sepeliri/ & reliquias eius maiorū tumu-
lis inferri iussit. Cēsar itē cū ad se delatū esset Pom-
peij caput cū annulo/a Ptolomeo rege Aegypti per
Achillā satellitē in littore Aegyptio occisi: nō tem-
perauit a lachrymis/ illudq; cū preciosis aromatib⁹
honeste concremarī iussit. Laudatur itidē ob idem
officium Romanus senatus/ qui Syphacē quōdam
Numidię regē sed deinde captiuū/Tiburi iu-
dia mortuū audiēs: publico & regio funere efferen-

prouer. 11.

Thobię. 2.

Ioan. 19.

Hānibal
Marcellus

Alexander
magnus

Darius

Iulius
ceſar
Pōpeius

Syphax

dum constituit. Quia etiā benignitate/in Persicum Persicus Macedonię regē a Romanis vicitū/ & Albā in custo dia relegatū: vsus est. quē cū mortuū ibidem intellexisset: illico questorē illuc misit/ qui ipsum regio more sepeliendū curaret. Necq; céseri debet hēc exempla: a proposito cōmendandæ liberalitatis aliena. quis ad humanitatē etiam spectent: & eo in titulo a Valerio/libro quarto receſeātur. Nā liberalitas ipsa quē aut in viuos aut mortuos impēditur/ tam arcto germanitatis vinculo humanitati est annexa: vt nunq; fere vnā sine altera inuenias. necq; cōsummata est dictarū virtutū vna: nisi alterius consortio sit cōiuncta. Porro regale soliū adornare debet nō solum liberalitas in pauperes/inopes aut captiuos: verum etiam magnificētia/ prēclaros & illustres viros/ reges & prīncipes præcipue decens: & in rebus honestis sumptuū magnitudinē cū decentia & honestate seruās. vt in edificādis deo templis/ xenodochijs/ monasterijs/ alijsq; locis ad diuinum cultum & honorificētā spectantibus: aut assignādis annuis prouentibus ad ministrorū dei suslētationē/ magnificisve munērīb; ecclesiē offe rendis. Quid enim Salomonē inter cetera tātopere cōmendat? nōne extructio magnifici illius templi: 3. regū. 6.
cuius in toto orbe celeberrima fuit fama! Est etiam magnificētī opus rege dignū: vrbes inēnibus cingere/ propugnaculis munire/ splendida edificia ad regni & reipublicæ decorē/ ornatūq; extruere/ aut ad illustriū virorū qui prēclaras res egerūt memoriā. Laudatur siquidē Simon Machabeus: q; patri suo & fratribus splēdidū extruxerit cū insignibus domesticis mausoleū/ atq; monumētū cū i. 1. libro Machabœorū: ita de eo sacra refert historia. Et edis

1. mach. 13.

De Regis

ficauit Simon super sepulchrū patri's sui & fratrū
suorū edificiū altū visu/lapide polito; retro & ante.
Et statuit septē pyramidas/vnā cōtra vnā/patri &
matri et quatuor fratrib⁹: & his circūposuit colūnas
magnas/ & sup̄ colūnas arma ad memoriā ēternā.
& iuxta arma/naues sculptas:quę viderētur ab hoī-
bus nauigātibus mare.hoc est sepulchrū quod fecit
in Modin: vſq; in hūc diē. ¶ Nec minus ad ma-
gnificētiā spectat: interdū ampla munera ad alios
reges cōciliādę pacis gratia mittere/legatos exteroz-
rū p̄cīpū pro dignitate preciosis cumulare donis/
& in excipiēdis p̄ncipib⁹ ea oīa magnifice pre-
stare:quę regiā decēt dignitatē. quēadmodū Salo-
mō reginā Saba ad se profectā honorifico excepit
apparatu:plurimisq; donauit munerib⁹/& ab ea re-
ciproca cōpēsatōē multa recepit.Attamē i his oīb⁹
seruāda est illa mediocritas/quā recta ratio determi-
nauerit:neq; ad parsimoniā tenuitatēq; declinās &
citra dcorū deficiēs/ neq; ad profusionē & pro os-
tētatione maiorē q̄ res ipsa expetat sumptuositatē.
Quoniā hēc duo vicia:extremę sunt eius(quā cō-
mēdam⁹) virtutis labes.ad quas si quis prolabatur:
magnificētię finibus excidit/aberratq; a recta eius
linea in deuia/probro & reprehēsione dign⁹. Quis
ēm̄ merito nō damnauerit illū diri Neronis luxū:
quo frigidis lauari vnguentis est solitus/& retibus
aureis p̄scari/que attrahere funib⁹ purpureis con-
suevit: īmemor lane/memorabilis illi⁹ verbi:quod
Augustus C̄esar freq̄tiēs habuit ī ore/nō esse bonū
aureo hamo p̄scē capere .quoniā ex hamo amissō
plus damni:q̄ ex pisce capto lucri/ proficisci solet.
Insuper habenda est eorum ratio/quibus princeps
munerum magnificētiā impendit:& cur idipsum

3. regū. 10.

Nero.

Augustus
cesar.

faciat, ne leuibus/vanis/futilibus /& nullius pensi
hoīmībus illa tradat, qui adulandi aut in turpib⁹
rebus obsequendi studio/latera principis obsidēt.
Siquidem omnibus hisce viris/gnatonicis/vaticus
lis /& futuorū ex siderū aspectu præfigis: occlusa
debet esse boni regis curia, neq; huiusmodi homiā
num portēta ac monstra: alere vnq; debet & admit
tere aula regia, vt etiā capite huius opusculi duode
cimo: latius est dictum. ¶ Dēmū q̄plurima eorū
quę in opusculo de vera nobilitate /& altero de lau
dibus sancti Ludouici regis Francorum iampridē
annotauimus: ad instituēdam regiam dignitatem
etiam magnopere (nisi mea fallat opinio) cōdu
cūt. Quocirca necq; illa hic repetenda erant: & nūc
contrahendus fuit sermo/ subducendaq; in portū
nauis, illis in p̄senti libello breuiter constrictis:
quæ vltra prius dicta in duobus illis opusculis/ vi
debantur ad regię sublimitatis formationem atq;
directionem accommode pertinere. Itaq; pro viri
bus enitatur rex bono natus ingenio/ & ingenuis
moribus insignitus: & hæc & illa post studiosam
lectionem operi accommodare, vt & regnum suū
moderate recteq; gubernet:patrięq; & ciuium sa
luti optime consulat. Hoc enim illi & tranquillita
tem pariet quoad vixerit: vna cū nominis immor
talitate ac gloria nullo quo interitura, & post mor
tem: perpetuum cœlestis regni consortium cū deo
comparabit. Cui sit laus/honor & gloria ac gra
tiarum actio: in secula seculorum Amen.

¶ Opusculi de Regis officio: finis.

Index.

- C**Index eorū quę in hoc opusculo continētur: per capitum ordinem & materiam digestus.
- C**Regię potestatis vestigia: in reb⁹ inanimis & brūtis animantibus impressa legi. Cap. I.
- C**Quod regia pr̄esidētia/inter homines paulo post mūdi exordium sit inducta: & a deo multifariā approbata. II.
- C**Quāta sit regię pt̄atis dignitas et eminētia: quāta etiā sit ciudē/ut recte geratur/difficultas. III.
- C**Quod regnū in alios gerens/ ipsos virtute debet anteire : & edomitis animæ cōcupiscentijs/ se ipsum recte dirigere. III.
- C**Quod principem legib⁹ subditum esse decet: & suo exemplo viteq; probitate subditos ad virtutem inducere. V.
- C**Multarū rerum peritiā regi esse necessariā: & assiduam eruditorum virorum prudentia insigniū societatem. VI.
- C**Regem diuini cultus studiosū esse debere/ & honorem nominis ipsius zelare: ecclesiasticāq; libertatem tueri. VII.
- C**A fastu & insolentia animi/regem debere esse alienū: necq; in regio suo potentatu confidentiam aut extollebitiam habere. VIII.
- C**Quod humilitas in rege maxime est cōmendanda: qua in ampla dominationis authoritate modestiam seruet. IX.
- C**Mansuetudinem in rege pariter & clementiam/ magnopere laudari: abhorrentē ab omni odio & vindicta. X.
- C**Affabilitatem etiā in rege maxime cōmendari: qua se facilem atq; humanum cunctis officiis

exhibeat.

XI.

CQuod veritatem amare fidemq; seruare / rex debeat: delatoribusq; & adulatoribus aures occulat.

XII.

CIustitiam in rege sumopere requiri: qua iustum exerceat iudicium / & rectos iudices in suo regno constituat.

XIII.

CQuod iustitiae integritas violatur per incuriam exercendae punitionis: per cecum regnandi cupiditatem / & opum auiditatem

XIII.

CQuibus modis precipue cognoscuntur principes ad tyrannide declinare: & regis nomen iure amittere.

XV.

CAmicitia & pacem a rege sumopere esse expetenda ut bellum non nisi necessitate coacto suscipiat.

XVI.

CQuod abstinentia & sobrietas regibus ad incolumitatem corporis & mentis: mirum in modum est conducens.

XVII.

CLibidinem & oem carnis incotinentiā: ut exitia le pestis / a rege summa cura esse fugiendā.

XVIII.

CQuod ocium sumopere fugiendum est a rege: & occupatio illi in virorum eruditorum familiaritate aut historiarum lectione/querenda.

XIX.

CQuod liberalitas / & magnificentia in splendore honestorum sumptuum consistens: magnopere principem decet.

XX.

CIndicis/ presentis opusculi/finis.

CAbsolutum est ac in lucem editum/ hoc de Regis officio opusculum: Parisijs/ in officina libraria Herici Stephani/ e regione scholae Decretorum sita. Anno ab incarnatione Christi (qui est rex regum & dominus dominorum) decimo nono/ supra millesimum & quingentesimum/die vero Augusti tricelima.

